





A. 7.  
13.

3. 7. 577.

~~A. G. S.~~  
R. 7.

47  
Dalla pag. 70 si rileva  
che fu fatta la prima  
edizione in Londra nel  
1707 Il Nicéron T. I  
255 La edizione del  
1707 la chiama l'istam-  
pa ~~francese~~.

Dalla pag. 70 si rileva  
anzi essere una prima  
edizione di Londra fatta  
due anni avanti

E G

A. 7.

13.

3. 7. 577.

~~12. 6. 8~~

3. R. 7.

47  
Dalla pag. 70 si rileva  
che fu fatta la prima  
edizione in Londra nel  
1707 Il Nicéron T. I  
255 La edizione del  
1707 la chiama l'istam.  
ja ~~francese~~.

Dalla pag. 70 si rileva  
anzi essere una prima  
edizione di Londra fatta  
due anni avanti

E G



BI

# ORATIO PHILIPPICA

Ad excitandos contra  
GALLIAM BRITANNOS;

Maximè verò,  
Nè de PACE cum VICTIS praematurè  
agatur :

Sanctiori *Anglorum* Concilio exhibita,  
*Anno a Christo nato 1514.*

Authore

MATTHAEO CARDINALE SEDUNENSI;

Qui *Gallorum* unguis non resecandos, sed  
penitè evellendos esse voluit.

*Publicâ luce, Diatribâ praeliminari,  
& Annotationibus donavit*

JOANNES TOLANDUS.

Accedit Ejusdem

GALLVS ARETALOGVS, odium orbis & ludibrium.

---

*Nullus amor populis, nec foedera sunt.*

Virg. Aen. l. 4. v. 624.

---


AMSTELÆDAMI,  
Ex Officina WETSTENIANA.

---

clō lō cc ix.







A N N A E  
R E G I N A E,

PIAE. FELICI  
TRIUMPHANTI  
CUJUS. CONCILIIIS. ARMIS  
OPIBUS  
BATAVIS. FORTITER  
AUXILIANTEBUS  
GALLI. CUM. SOCIIS  
DEBELLATI  
DOMUS. AUSTRIACAE  
IN. GERMANIA. DEQUE  
IN. HISPANIA. JUS  
PROPUGNATUM  
ITALI. A. SERVITUTE  
BELGAE. IN. LIBERTATEM  
ASSERTI  
IMMORTALIQUE. GLORIA  
BRITANNI. CUMULATI  
ORATIONEM. HANC. CONTRA  
GALLOS

A 2

OLIM.

OLIM. CONSCRIPTAM  
TANDEM. VERO  
PER OPPORTUNE. EDITAM  
TANQUAM. REI. PUBLICAE  
AB. ILLA. OPTIME. PROCURATAE  
VERUM. EXEMPLAR  
ET. MERITUM. ENCOMIUM  
SUBMISSUS. ET. VENERABUNDUS

CONSECRAT

JOANNES TOLANDUS.

DIS.

## DISSERTATIO

## PRAELIMINARIS,

De infrequentis *Orationis* Stylo,  
Argumento, Autore, & An-  
notationibus passim subjectis.

**A**NNUS est & quod excurrit,  
ex quo vir quidam nobilis, Li-  
terarum & Literatorum aman-  
tissimus, dum inter ingentes veterum  
Chartarum acervos nescio quid perscru-  
taretur, in codicem manu exaratum  
fortè incidit, cui extrinsecùs inscribe-  
batur vox GALLIA. Hinc quid in-  
trinsecùs foret videndi cupiditate tene-  
batur. Sed quamvis satis nitidi (prout  
illa ferebant tempora) characteres ac-  
literarum ductus essent, ita tamen om-  
ni distinctâ interpunctione destituebatur  
Libellus, & compendiosis scripturae  
notis tantopere scatebat, ut illas ex-  
plicare otium ei non esset: quapropter

*fidei meae commendavit, ut quid inde elicerem commodiùs perspiceret. Paucis interjectis diebus, ea retuli quae ipsi pergrata futura noveram. Manuscriptum itaque codicem mihi dono dedit, & quid de illo fieret arbitrio meo ex aſſe permisit. Impetratâ hac licentia, non proprio iudicio unicè confisus, sed omnium quibus librum ostenderam precibus incitatus, typis evulgandum decrevi, non solum ut eximium Eru-  
ditionis & Historiae specimen, quod-  
que rationes contineat irrefragabiles  
contra Pacem cum Gallis praeproperè  
ineundam; sed etiam ut Anglicanae  
gentis & Reipublicae satis magnificum  
elogium. Consentaneum ergo est, ut  
Lectori quid rei sit accuratè enarrem:  
scribendi deinceps Argumentum refe-  
ram, cum praestantiores scripti elegan-  
tiae haud aliter dignosci queant: tunc  
meas de Autore conjecturas ingenuè pro-  
ponam: & Annotationum denique, quas  
ubivis ferè subjunxi, rationem reddam,  
sicut & omnium quae hanc Editionem  
spectare poterunt. Sed non ita intelligi*

*velim, quasi intra limites hosce me tam arctè cohibeam, ut nusquam mihi digrediendum sit; dummodo à rei capite, non invitâ MINERVA, quae dicam consequantur, neve Tempori minùs aut Occasioni praesenti convenient.*

I. CODICIS *Manuscripti Titulus ita se habet: Oratio ad excitandos contra Galliam Britannos. Ego in impresso exemplari verbum amplius addidi, & Orationem Philippicam inscripsi; eâdem adductus ratione, qua CICERO suas contra ANTONIUM Orationes nuncupavit Philippicas: quia DEMOSTHENIS (scilicet) ad populum Atheniensem Orationes contra PHILIPPUM Macedoniae Regem, communem Graecorum hostem (in quibus illius Monarchae instituta & artes non minùs intrepidè detexit, quàm Conciivium suorum animos & consilia efficaciter suscitavit) hac, inquam, singulari honoris notâ sunt insignitae, ut ad earum exemplum omnes ejusdem generis Orationes, quodcunque sit Tyranno*

nomen, *emphaticè* appellentur *Philippicae*. Quod verò ad *Orationem* attinet, quam jam *prae manibus* habeo, nulli certè meliùs convenit haec *Epigraphæ*. *Opusculum* est omnibus numeris *absolutum*: quod ideo non affirmo (*secundùm ridiculam quorundam adfectionem*) quia ipse in *lucem edo*, sed eapropter *edo*, quia *operae pretium* esse manifestè *sensi*. *Latinitas* est *seculorum melioris notae*, absque omni *barbarâ mixtura* ex *linguis recentioribus contractâ*; nec ulla *comparent verba obsoleta* (quae tamen à non paucis pro *flosculis interspergi solent*) praeter *PACUVII Poenitudinem*, quae semel *occurrit pro Poenitentia*. *Sermo* nec *humilis unquam*, nec *inflatus*; *nunquam perplexus*, *nunquam horridus*: *gravis est ut plurimum*, *quamvis laetus aliquando & splendidus*; *at semper facilis*, *semper eruditus*, *semper limatus*. *Autoris verba*, ad *fluviorum prope scaturigines modum*, sub *initium limpida manant & placida*: *magis acer & incitatus paulatim evadit*, *aquis*  
ta-

tamen intervallis, ut materies ipsi unde quaque profluit: & adeo non stagnat ullibi, non exundat, non arefcit, ut terminet, quasi in immenso quodam Eloquentiae oceano perditus effct ac absorptus. Motus animorum optimè & intimè pcrspcctos habuit, atque oratione adeo versatili usus est, ut eam (non rarò intra unius periodi terminos) discrepantibus auditorum affectibus accommodaret. Sed, ut tribus verbis cum CICERONE absolvam, aptè, distinctè, ornatè omnia dixit. Sapiebant ei imprimis Poëtae, & non mediocris fuisse videtur Historicus, sine quibus facultatibus nullus unquam inventus est perfectus Orator. Ut propiùs ad rem accedam, tam implacabili exarsit contra Gallos odio, quàm est totus in Anglorum admirationem conversus: quod aequis omnibus utriusque gentis rerum aestimatoribus argumento esse debet, ut descriptionibus ab illo factis aliquantulum detrahant ac subducant. Veruntamen hoc nobis, quasi jure prae-rogativo concedendum est, Autorem

a 5 nempe



*nempe extraneum fuisse, quoddamque hoc ipso temporis articulo omnes exterarum gentes (absit verbis jactantia) quicquid ab illius facundia depraedicari potuisset, nobis id lubentes concedant. Nam publica Regni tabularum Fides, Conciliorum summa prudentia, & Armorum vis indomita, toti terrarum orbi admirationi habentur; etsi quibusdam sint terrori, & aliis fortassis invidiae. Si natura humana non eadem semper foret, aut si homines in eodem loco positi, non eodem ferè modo sese gererent, vetustas nequicquam evolveremus Historias, in quibus cum mortuis quodammodo versari, & cum vivis quoque peragere discimus. Haec apud se attentius perpendentes viri literis & usu exercitati, minùs demirantur varias rerum conversiones, cruentas victorias, machinationes politicas, & alios eventus insignes; sibi invicem profectò simillimos & conformes, locis vtrò & temporibus perquam longissimè diffitos. Sed in ORATIONE sequenti, cum praesentis contra Gallos belli*

*belli serie collatâ , tanta quorundam existit casuum parilitas , idque in principum virorum descriptionibus , ut minimè supersticiosos ad ea stupere necesse sit. Et revera si Manuscriptum exemplar tam idonea certissimae autoritatis signa prae se non tulisset , quidam ad suspicandum procliviores , res gestas nostri temporis heic exhiberi , etsi à personis ducentis retro annis emortuis ( cum scena sit una eademque ) tanquam in theatro spectandas , asserere non dubitarent. Criticorum natio venustum esse commentum , ad fugiendam invidiam vel adulationem obtegendam , pronunciaret ; & auxius quidem haesitavi quo pacto tale iudicium anteverti posset , donec mecum reputassem , neminem illos inter hodiernos scriptores opus tam scitè perfecisse admissuros : nam Criticorum aemuli nunquam intereunt , nec vivunt unquam amici.*

II. UT *hujus ORATIONIS meliùs intelligatur Occasio , sciendum est , MAXIMILIANUM Imperatorem Romanum ,*

num, FERDINANDUM Regem Tarraconensem eundemque Celtiberiae sive Castiliae procuratorem, LUDOVICUM duodecimum Regem Gallicum, & JULIUM secundum Pontificem Romanum, foedus per Legatos suos (A. C. 1508) Cambray Cameraci contra Venetos percussisse: Venetosque, cum anno insequenti infelici uterentur ad Abdum praelio, omnes ferme in continenti ditiones amississe, quas occuparunt & inter semet partiti sunt jam memorati principes. Sed, ut omnes non propter eundem finem societatem inierunt, sic in bello rationes suas aequae diversas, ac utilitates in pace separatas, deprehenderunt; ideoque lites mutuas paulatim exercere sunt exorsi. Primus benignam Venetis aurem (A. C. 1509) prae-buit JULIUS; sed, cum se MAXIMILIANO & LUDOVICO suspectum vidit, larvam sibi aperte detrahit, & Venetos anno postero ab omnibus censuris Ecclesiasticis liberavit: nam spirituali simul & seculari gladio oppugnabantur. Tunc Gallorum amicitiae non  
dissi-

*dissimulanter renunciavit, quam gentem odio capitali prosequeretur, nunquam eos in ore nisi contempnim habens, nec ab ipsius LUDOVICI dignitate sibi temperans, cui quotquot potuerat hostes undique concitavit. Specioso obtentui ipsi maxime inserviit amor patriae, cuius ab exterorum jugo vindicandae (si Diis placet) flagravit cupiditate. Hoc in probo pectore nobilissimum est agendi incitamentum; sed ipsi fatentur Itali dominum illorum, non sortem, tantummodo mutare JULIUM voluisse, quandoquidem eos aliis quam sibi servos esse non aequo ferret animo. Testatur MEZERAËUS (cujus verbis etiam utor) Helvetios illum, ut Gallis bellum denunciarent, impulisse; usumque esse in hac re operâ MATTHAEI SCHINERI Sedunensis Episcopi, cuius vehementes conciones silvestrem huncce populum, ut ventus folia, agitarunt excitâruntque. Proximi, qui ab illius partibus steterant, Angli fuere. HENRICO septimo vitâ decedenti, mense Aprili 1509, successit filius HEN-*

RI-

RICUS octavus, cui locupletissimum Christiani orbis aerarium reliquerat, quique ipse animi & corporis vigore, augustâ forma, & eximiâ liberalitate, ceteris sui temporis Principibus longè antecelluit; quàmvis sub vitæ exitu moribus & saginâ gravis factus est, si non truculentus adhaec & sanguinarius. HERBERTUS Baro Chereburgensis, qui vitam ejus literis consignavit, animadvertit, primum ipsius Concilium ex literatis & militaribus viris potissimum constituisse, qui propter gratiam malè captatam ad fastigium illud non evehebantur, sed quia munera sibi commissa egregiè sustinere poterant: & illos insuper asserit, felicem publicarum rerum exitum privatis commodis & servili obsequio anteponentes, non solum absque partium studio semper deliberasse, sed etiam saepiùs cum Rege modeste concertare solitos, quando id ex ejus esse utilitate crediderunt. Paucis admodum Principibus licet esse tam beatis, ut hujusmodi promoveant Consiliarios; paucioresque sunt, qui, tali sibi proposito exem-

*exemplo, tantam iis quae sentiant ex-*  
*promendi copiam indulgere velint. In-*  
*dubitatae tamen veritatis effatum est,*  
*quod si prima sapientiae pars sit consi-*  
*lium dare, oportet ut capere secunda sit.*  
*Huc adjicias velim, HENRICUM li-*  
*teris humanioribus non leviter excultum*  
*fuisse; quia durante fratris natu maxi-*  
*mi vitâ, Cantuariensi (ut creditur)*  
*Archiepiscopatui destinabatur. Haud*  
*mirandum ergo est, si princeps adeo po-*  
*tens, tantisque dotibus praefulgens, in*  
*bellum Gallicum sollicitaretur à Pon-*  
*tifice, qui ei ut caput esset foederis Ita-*  
*lici, Apostolicae Sedis Defensor, &*  
*quid non hujus generis, largè ac libe-*  
*raliter obtulit. Facillimè pertractus est*  
*HENRICUS ut à LUDOVICO ani-*  
*mm abalienaret, non inveterato tan-*  
*tummodo inter utramque gentem odio,*  
*& clandestinis FERDINANDI soceri*  
*instigationibus stimulatus, ne LUDO-*  
*VICUS in regnum Neapolitanum nuper*  
*acquisitum involaret; sed eâ revera*  
*aetate Romanae Sedi erat addictissimus,*  
*& Ecclesiae promovendae studium palam*  
*pro-*

*profitebatur, amplificando nempe externam Pontificis Jurisdictionem, Religioni sese inservire existimans, quo nomine superior ipsissimis extitit Italis, sed rationibus politicis multò inferior. LUDOVICUS JULII machinationibus ad incitas sic redactus, autor fuit praecipuus Concilium in urbe Pisis cogendi (de quo in Annotationibus fuse egimus) sub praetextu reformandae Ecclesiae, sed omnino ut Pontifex à munere suo amoveretur. JULIUS è contra (quòd sibi praesidio Caesarem & Hispanos cum rege nostro certissimè ad futuros noverat) Concilium & ipse in aedibus Lateranis convocavit, sicut in Notis pariter docemus. LUDOVICUM cum omnibus ejus fautoribus diris devovit, dum Concilium interea temporis regnum Gallicum & Christianissimi Titulum solenni decreto ad Angliae regem transfert, cui hac de re undique gratulati sunt vicini. Ad LUDOVICUM (jam Illustrissimi duntaxat appellatione insignitum) fecialem misit, qui denunciaret de omnibus inter ipsos foederibus actum*

actum esse, quoniam in iisdem cautum fuisset, ne alteruter bellum contra Pontificem aut regem Hispanicum gereret. Verba sequuta sunt facta. Armoricas & Normannicas oras classibus infestas habuit, ac in Cantabris sex octove hominum millia ad terram exposuit, ut inde cum Hispanis Aquitaniam conjunctim invaderent. Hispani verò, non tentatâ conjunctione, regnum Cantabricum occupavere, nullo jure à FERDINANDO in id allegato praeter Pontificis censuram, quam Excommunicationem vulgò dicunt, contra cunctos regis Gallici socios (inter quos rex Navarrae) quâ ditiones eorum universae primo occupanti sunt permissae. Nostrae copiae in hunc modum ludibrio habitae, non exspectatis HENRICI jussis, domum remeant, & brevi post, mense scilicet Februario 1513, JULIUS Pontifex moritur; Gallis foedus inituris cum Venetis (ut in Annotationibus videre est) Caesare ac rege nostro contra Gallos arma consociantibus; & FERDINANDO, ut ipsius ferebat

b

usus,



*usus, cum utrisque clanculum agente. Arcanas cum Gallis inducias reapse pepigit, quo melius regnum Navarrae, & Castiliae insuper administrationem sibi confirmaret. CAESAR anno jam elapso inducias similiter cum Venetis fecit, & Germanos, qui sub Gallis meruerant, revocavit: sed Concilio Laterano palam ab eo jam approbato, etsi olim Pisanum secretò accendisset, de illius erga se malevolo animo rex Gallicus non ampliùs dubitavit. JULII secundi in cathedrâ Pontificali Successor extitit LEO hujus nominis decimus: & quamvis ab initio consilia sua contra Gallos non apertè patefecerat; avidè tamen appetere, ne quicquam in Italiâ possiderent, neminem latebat. Quinimo, regem nostrum seridè adhortatus est ut apparatus bellicos persequeretur, quos nullatenus tardavit FERDINANDI perfidia, qui res à se nuperrimè gestas vel ab omni liberare culpâ, vel saltem excusare contendebat; quique sociis pollicebatur se omnia cum Gallis pacta frustra habiturum, quod*

quod ei certè minus religioni quàm illis dubio fuerat. HENRICUS magnam pecuniae vim (non satis tamen ad promissorum fidem) Helvetiis numeravit, qui in Burgundiones usque, eodem tempore quo ipse Picardiam sive Morinos adoriretur, penetrare spondebant: & centum viginti millia coronatorum, uti vocant, Caesari, qui ex conventu dux illis adesse debuerat, pendi curavit. Helvetii quidem die praefinito (ut in notis plenius dictum) frequentes adfuerunt, sed derepente regressi sunt. MAXIMILIANUS copias suas conjungere maluit cum exercitu nostri Regis, cui insuetos & nullo exemplo honores detulit: miles etenim sub ejus auspiciis meruit, in cujus rei signum Rosam cum Divi GEORGII cruce praeferebat; & stipendium pariter accepit, quod in dies singulos ad centum coronatos pervenit. VARILLASIUS, in vitâ LUDOVICI duodecimi, hoc MAXIMILIANI factum, quasi animi abjecti & mercenarii exemplum; exhibet: at ego potiùs crederem ejus esse prudentiae

*usus, cum utrisque clanculum agente. Arcanas cum Gallis inducias reapse pepigit, quo melius regnum Navarrae, & Castiliae insuper administrationem sibi confirmaret. CAESAR anno jam elapso inducias similiter cum Venetis fecit, & Germanos, qui sub Gallis meruerant, revocavit: sed Concilio Laterano palam ab eo jam approbato, etsi olim Pisanum secretò accendisset, de illius erga se malevolo animo rex Gallicus non ampliùs dubitavit. JULII secundi in cathedrâ Pontificali Successor extitit LEO hujus nominis decimus: & quamvis ab initio consilia sua contra Gallos non apertè patefecerat; avidè tamen appetere, ne quicquam in Italiâ possiderent, neminem latebat. Quinimo, regem nostrum seriò adhortatus est ut apparatus bellicos persequeretur, quos nullatenus tardavit FERDINANDI perfidia, qui res à se nuperrimè gestas vel ab omni liberare culpâ, vel saltem excusare contendebat; quique sociis pollicebatur se omnia cum Gallis pacta frustra habiturum, quod*

quod ei certè minus religioni quàm illis dubio fuerat. HENRICUS magnam pecuniae vim (non satis tamen ad promissorum fidem) Helvetiis numeravit, qui in Burgundiones usque, eodem tempore quo ipse Picardiam sive Morinos adoriretur, penetrare spondebant: & centum viginti millia coronatorum, uti vocant, Caesari, qui ex conventu dux illis adesse debuerat, pendi curavit. Helvetii quidem die praefinito (ut in notis plenius dictum) frequentes adfuerunt, sed derepente regressi sunt. MAXIMILIANUS copias suas conjungere maluit cum exercitu nostri Regis, cui insuetos & nullo exemplo honores detulit: miles etenim sub ejus auspiciis meruit, in cujus rei signum Rosam cum Divi GEORGII cruce praeferebat; & stipendium pariter accepit, quod in dies singulos ad centum coronatos pervenit. VARILLASIUS, in vitâ LUDOVICI duodecimi, hoc MAXIMILIANI factum, quasi animi abjecti & mercenarii exemplum; exhibet: at ego potiùs crederem ejus esse prudentiae

*tiae summum indicium, quo regem juvenem suis partibus arctius obligaret. Sed solis Anglis haec laus est speciatim tribuenda, quod uno seculo supremi Principes sub ipsis Duces mererent, cum alio seculo Duces eorum fierent supremi Principes: quodque tempore utroque Italiam à Gallorum usurpatione vindicaverint, ac Domum Austriacam utroque tempore aeternis sibi beneficiis devinxerint. Non heic loci stupendos illius belli repetam successus, cum in ipsa*

*ORATIONE, & in Notis eidem additis, ubertim contineantur. Ibi Calcarium pugna, & urbis Teroanae olim opulentae & populosae, sicut & Tornaci etiamnum florentis, expugnatio enarrata.*

*LUDOVICUS, simul ac de suorum prope Guinegastum clade certior factus, Galliam quasi pro derelicta habens, Lutetiam deserit, & Blesas quantum veloci poterat fugâ contendit, quod non segnius ipsum vertentis fortunae calamitas est persequuta: nam ibi Scotorum Regem in praelio concidisse accepit, & maximam ejusdem gentis exercitûs*

*citùs partem fuisse deletam, dum in illius gratiam Regis Anglorum absentis copias aliò avertere conabatur. Palmarum, quas tam praeclarè reportavimus, primus exitus fuit praestantiorum militum Gallicorum ex Italia evocatio, quod in causa erat ut inde prorsus omnes ejicerentur, velut & idem ibidem, si non jam factum, brevi futurum speramus. Omnes eorum temporum Historici unanimes consentiunt, totam Galliam nobis quoque tunc fuisse cessuram, si HENRICUS incepto perstitisset, & non oblitus esset belli ab ipso factam denunciationem; nimirum, ut non minùs Anglicum in Gallia jus & imperium recuperaret, quàm Pontifici opem & subsidium afferret. Ipse fatetur VARILLASIUS Gallorum Monarchiam ad haud dubium interitum tunc perductam, si HENRICUS, prout à plerisque Ducum suorum vehementer urgebatur, Lutetiam rectà petivisset: & ampliùs etiam adjungit, indignam illam ac injussam Ducis Tremovillensis cum Helvetiis transactionem, qua Burgundià excedere tenebantur,*

b 3

tur,

tur, aequè Galliae tunc fuisse salutarem, ac antea virginem Aurelianensem, Dunensemve Comitem. Non satis mihi temporis superest, ut rationes hic diligenter excutiam, quibus adductus MAXIMILIANUS aciem belli aliò deflexerat, aut utrùm HENRICUS ad ejus sententiam accedendo bene malève fecerit. At inter alia infinita exempla, hinc unicuique constare debet, omnem in bello potestatem uni soli semper esse concedendam, ut à Romanis in Piraticò bello POMPEIO, & SCIPIONI in Carthaginensi factum est. Qua etenim ratione aliter fieri potest, ut quisquam sit in discernendo tectus, aut in agendo expeditus? ut de partibus contentionibusque in Exercitu serendis nihil dicam, sive jurgiis & aemulatione mutuâ id fiat, sive privatâ simultate & invidia, sive discrepantibus Praefectorum consiliis & commodis, vel ab impari denique ingenio & animo proveniat. Sed ut redeam unde diverti, hyeme jam instante, & MAXIMILIANO in Germaniam profecto,

fecto, rex noster, postquam loca bello  
 parta praesidiis firmarat, cum reliquo  
 exercitu in Angliam triumphans re-  
 diit. Attamen priusquam Galliã dece-  
 deret, facialem ad LUDOVICUM mi-  
 sit, qui ei significaret, se proximo ve-  
 re cum exercitu duplicato Lutetiam  
 ad illum consalutandum adventurum.  
 Helvetii interea, qui MAXIMILIA-  
 NI SFORZAE, Insubrium Ducis, de-  
 fendendi causã stipendium adhuc à no-  
 bis acceperant, minitabundi jaëtabant,  
 ad quinquaginta hominum millia suos  
 in Galliam eodem tempore prorupturos,  
 caedes & vastationes unice spirantes.  
 Quamobrem Rex Gallicus omnia inten-  
 to animo ponderans, imprimis verò  
 quos nuper expertus esset adversos ca-  
 sus, JACOBUM quartum socium fidissi-  
 mum interemtum, Scoticarum rerum  
 procurationem penes Reginam MAR-  
 GARETAM Regis Angliae sororem,  
 foedus in ejus perniciem à tribus po-  
 tentissimis Christiani orbis principibus  
 juratum, Pontificem contra ipsum ve-  
 luti Schismaticum fulminantem, jam



*admodum aetate se esse provectum, & articulari morbo miserabiliter excruciatum: propter has (inquam) rationes in eo toto fuit, ut res suas ante proximum ver in meliori statu collocaret, & unde quaque (si fieri posset) omnia sibi tranquilla redderet. Pontifici, Concilio Pisano renunciando, & delictorum veniam summâ cum animi demissione petendo, moriger factus est. Militum & Argenti suppetias contra Turcas offerendo, MAXIMILIANUM quodammodo pacatum reddidit: & Cantabris neglectis, inducias in annum alterum cum FERDINANDO renovat. Sed quia absque horum omnium ope solis Angiis satis virium contra Gallos ad agendum restabat, & quoniam artibus atque concionibus Sedunensis Cardinalis omnis de animorum cum Helvetiis conciliatione spes deciderat, Pacem ab HENRICO nullis quantumvis duris aut ignominiosis conditionibus repudiatis, impensè petebat. Et, ut brevis sim, Pax demum inter illos intercessit, mense Augusto Anni 1514, operâ*

*operâ praesertim Ducis Longavillani, tunc autem Marchionis Rotelini titulo insigniti, qui inter aulicos magnâ industria praeditus erat, & ad Guinegastum bello captus, ex eo tempore in Anglia substiterat. ANNA Galliarum Regina defunctâ, MARIAM Regis nostri sororem, sui-que seculi pulcherrimam habitam, conjugem LUDOVICO deposcebat Longavillanus; ac nuptiae quidem, eodem die quo pax Londini promulgabatur, per procuratorem celebratae, sicuti mense Octobri insequenti Abbaevillae sunt completae. Tornacum (ut in Notis cernere est) sibi reservavit HENRICUS; &, praeter certam Argenti summam per sex annos, ad aliam quoque debitè numerandam seipsum suosque successores obstrinxit LUDOVICUS, ut Tributi reliquum dissolveret, quod in foedere Pequinensi pactum, & Anno 1492, in Stampensi confirmatum. At tribus mensibus vix exactis cum uxore adolescentulâ (quae postea, A. C.*

1517, CAROLO BRANDONO Duci Suffolciensi nupsit) fato tandem functus est LUDOVICUS ipsis Calendis Januariis, & sic cuncta pariter cum ipso animi proposita interiere. Atqui verò cum MAXIMILIANUS & FERDINANDUS regem HENRICUM internunciis & emissariis à Gallis submissis aures serio advertere intellexerunt (quòd ut faceret inducebant eum prioris levitas & inopia, sicut & posterioris perfidia toties repetita) ut Tractationi tamen essent impedimento, omnes adhibendo machinas, summis viribus enitebantur. Eo tempore & isto consilio conscripta est, quam oculis subjicimus, ORATIO; in qua (exceptis conjugio & obitu LUDOVICI, quae statim subsequebantur) perpetuae fiunt allusiones ad totam jam perlectam Historiam, quamque idcirco prolixius recensere necessarium duxi. Ad sanctius Concilium omnis quidem haec spectat ORATIO, sed unquam ibi fuisse pronunciatam non reperio; etiamsi non semel ad ipsa regni Comitia olim verba fece-

fecerant exterilegati. Uno forte exemplari Regi vel Administris tradito, verosimile est aliquem (uti nostro aevo libelli & schediaasmata provolant) eam in vulgus spargere voluisse, quorum animi nuperis adversus Gallos victoriis mirandum in modum erigebantur, cunctosque profectò maxima Galliam iterum subjugandi cupido incessit. Sed Pace è vestigio expeditâ, non tantùm inutilis pro eo tempore ORATIO redita est, sed etiam non sine periculo divulganda, quoniam in ipso foedere cavebatur, ne scriptum ullum contra alterutram gentem, earumve Principes aut Socios, in publicum prodiret. Veruntamen, utcunque haec se habeant, argumenta, quae pro bello Gallico proseguendo completitur, omnem praeccludunt exceptionem; cùm tanti etiam nunc aut certè pluris valeant, & quibus alia supervacaneum adjicere videtur, postquam Regina nostra utriusque Ordinis Patres certiores fecerit, se minimè gentium dubitare, quin apud eos graviter ac constanter statutum

tum sit emolumenta viriliter prosequi, quae ex superioris aetatis praeclaris facinoribus reportavimus, usque dum fructus eorum, Pacem scilicet honestam & diuturnam, consequamur: ideoque, si nobis ipsi non deesse velimus, optimâ ratione sperandum esse, tale nos visuros potestatis aequilibrium in *Europa* stabilitum, ut non amplius ex unius Principis voluntate pendeat, vel harum regionum tranquillitatem perturbare, vel libertatem in discrimen conjicere. *Haec animi significatio omnium subditorum plausu recepta est; Patriciis imprimis omnem prorsus de Pace mentionem aspernantibus, nisi adeo firma sit & duratura, ut reipsâ imminuatur potestas illius Principis, cujus turbulentæ ambitioni nihil unquam facere satis poterat, & qui sacrosanctorum foederum & pactorum fidem pro nihilo semper habuerat. Plebis procuratores (nemine contradicente) denunciant, nullo specioso Pacis obtentu se abduci posse à ratis*

tis fixisque propositis, quibus regia Majestati suppetias ferre pollicentur, ut prosperos anni proximè elapsi successus ulterius ubique promoveant. *Et populus universus acclamat, ne vel horae momento deliberandum esse, utrùm bellum adhuc per unum alterumve annum protendamus, ut longâ imposterum fruamur quiete: an, ut bellum intra tres quatuorve annos redintegrandum sit, respirandi quasi spatium hosti communi praebeamus, & Pax illi concedatur eo ipso temporis puncto, quo supplementum duntaxat scribere parat. Quoad difficultates autem & incertitudinem quae se offerunt, num alio tempore tot tantosque Principes foedere junctos arcessere possimus? an tam immensa vis bellicorum apparatus, quantam jam egregiè paratam habemus, eadem facilitate acquiratur? ut in re tam apertâ non immorer, ac sunt Anglorum opes & divitiae cum Gallorum paupertate & inopiâ collatae; aut quàm longè hostium Duces & milites*

*lites nostrates virtute praecedant: haec omnia (inquam) ita dilucidè in ipsa ORATIONE depinguntur, ut Lectorem anteoccupare vix ignoscendum foret.*

III. HAEC de Argumento, nunc de Auctore disceptandum est; quamvis nulla opera magis inutilis mihi videatur, quàm ea quae in Autoribus impensè sciscitandis & indagandis collocata est: cùm ex aequitatis norma quid scriptum sit studiosè examinare, non quis scripserit sollicitè exquirere, debeamus: nam, ut comparati sunt plerique homines, auctoris nomen meliùs aut pejùs de ipsius opere quàm par est legentes existimare facit. Nihilominus, ut consuetudini morem gererem, potiùs quàm ut proprio genio indulgerem, in ORATIONIS hujusce, quam editurus sum, autore pervestigando singularem contuli diligentiam. Non personam duntaxat extranei sustinet, sed talis haud dubiè fuit: renascentes enim literae dilucescebant tantùm (ut ita loquar) eo temporis in Anglia, etsi postea uni-

*universam insulam, sub HENRICI, EDOARDI, & ELIZABETHAE felicibus auspiciis, fulgore nunquam interituro collustrarunt. ERASMUS eo anno hic agebat. Sed, ut de dispari stylo nihil proferam, epistolam ad Abbatem sancti BERTINI contra hoc ipsissimum cum Gallis bellum conscripsit; & non semel in aliis libris (inter quos Querela pacis huic scopo speciatim destinabatur) se bella omnia, quibus erat Europa perturbata, abominari ex animo testatus est. Neque MORUS neque LINACER tam castigatâ usi sunt scribendi ratione. Gallum ullum tale scriptum (si posset) editurum non est arbitrandum; nam utcunque Regi suo infestus, satyram tam atrocem in Patriam nunquam adornasset. Quidam in Germania labori huic sufficiebant; cuiusnam verò ex illis attribuam, nihil comperti habeo. Sed in Italia (ubi maturius florescebant humaniores literae, & ubi CAESARIS ac FERDINANDI fautores inter doctos satis frequentes) supererant non pauci, quibus nec*

*ani-*



Sion

*animus nec vires deerant ad hujusmodi argumentum exequendum ; & , ut dicam quod res est , MATTHAEUM SCHINERUM Episcopum & Cardinalem Sedunensem prae aliis omnibus suspectum haberem. Oratorem nostrum hujus Cardinalis in dicendo ingenium omninò referre manifestum est. Gallorum gentem & Monarchiam acerbissimo prosequeretur odio , quod satis causae fuit ut gratiâ floreret apud JULIUM Pontificem , qui eum ad honores gradatim evebens , anno tandem 1511 in numerum purpuratorum patrum adscripsit , cum septem aliis Praesulibus (inquit Mezeraeus) doctrinâ vel auctoritate spectatis. Sedunum , unde titulos & ortum duxerat , metropolis est vallium illarum , quae inter Helvetios , Allobroges , & Insubres sitae , propriam Rempublicam constituunt , cum Rhaetis & Helvetiis foedere sociatam. JOVIUS in Historiarum undecimo , eum appellat terribilis ingenii ac immensae facundiae virum ; & , in quinto Elogiorum (ubi ab illo nominatur MAT-*

THAEUS

THAEUS LANGUS, *at malè*) Eloquentiam ejus non *Germanos* modò, sed *Italos* etiam peritiores admiratos esse dicit. MEZERAËUS (*ut antea vidimus*) Helvetios ipsum, non secus ac ventus folia, commovisse agnoscit. Et negari haudquaquam potest, illos quocunque vellet Sedunensem perduxisse, non ullo saepius in perulâ quadrante, quando omnibus Gallorum opibus & artibus ne vel unus auferri poterat. Atque hoc si non *Demonstratio habenda sit illius facundiae satis luculenta*, quid demum possit ignoro; quum celebrati etiam proverbii veritatem refellat, Nulla scilicet pecunia, nullus Helvetius. Talis fuit hujus Cardinalis (*inquit* VARILLASIUS) Eloquentiae vis, qualis inter summos Oratores pauca ostendat exempla. Inter *Helvetios* quinquaginta bellicosorum militum millia conscripsit, totidem omnino libris *Francicis* numeratis quas à foederatis acceperat, qui non plus modicâ hac summa suppeditare valebant. Et haud facilè posterius sunt cre-

dituri (*pergit ille*): tot venales inveniri animas potuisse, quae se, viginti tantum assibus in singula capita persolutis, venundare vellent, etsi nihil equidem verius sit. *Sed oblivisceris, VARILLASI, mendacem esse memorem oportere: quo etenim pacto venali animo hoc facerent Helvetii? cum ipse paulò antea (non minùs quàm MEZERAEUS ac reliqui Gallorum Historici) fateare, nec sibi nec causae suae eos ullis artibus conciliare potuisse LUDOVICUM; etiamsi stipendium, quod ex Gallia majorum suorum tempore acceperant, duplicare imò & triplicare obtulisset. Tantopere (mehercle) apud ejus populares valuit Cardinalis Eloquentia, ut, JACOBO STAFFLERO Legato factò, omnibus illum copiis praeficerent. JULIUM Pontificem tot tantisque beneficiis sibi promeritus est, ut honoribus ipsum cumularet, Sedis Apostolicae Legatum simul & exercitus Ecclesiastici Imperatorem crearet, qua dignitate, sine muneris incommodis, frui sapienter noverat: nullis siquidem*  
il-

*illecebris adduci potuit ut numerosiores suos & fortiores Helvetios dereliqueret. GUICCIARDINUS autor est, illum & Cardinalem Eboracensem, CHRISTOPHORUM nempe BAMBRIGIUM, vehementer oblectatos, ne Cardinalibus Pisani Concilii, quantumvis poenitentibus, noxae gratia fieret. Acerrimis eos exagitavit concionibus MATTHAEUS, & neque ipse neque CHRISTOPHORUS rei peragendae ritibus adjuutores adesse voluerunt. Cum aula nostra literarum commercium & mutua ipsi intercessit negotiorum procuratio. HENRICUS enim (ut superius dictum est) magnam pecuniae vim solvi curavit HELVETIIS, qui, sub Cardinalis auspiciis, MAXIMILIANUM SFORZAM in Ducatu Mediolanensi defendebant contra Gallos, quibuscum plenum sanguinis & caedis praelium bis commisit, ad Novaram scilicet & Marinanum; in quo postremo loco honorificum illi certè fuit, quòd ipse Gallorum monarcha adversi exercitus esset Imperator. Cum Helvetiis*

C 2

*etiam,*

*etiam , qui nobis auxilio in Burgundiam ante irruerant , advenit ; nec ejus culpâ factum est ut tam citò abscederent , magnos quotidie sumtus faciens , ut eo magis eorum animos sibi devinceret . Quando in ditiones suas beneficiario jure induceretur MAXIMILIANUS , urbis Mediolani claves ei ex formula tradidit , veluti illius Ducatus domitor & defensor . RAEMUNDO autem CARDONAE , proregi Neopolitano , qui praerogativam illam sibi vendicabat , respondit , si in sententia perstaret , controversiam hanc esse gladio non calamo aut voce tollendam : quo audito , CARDONA , non consultum arbitrans vel seipsum vel Domini sui exercitum pro re tantillâ periclitari , urbe simul & solenniis abstinet . In Archivis nostris invenio Regis HENRICI Internuncium (RICARDUM PACIUM) enixè rogantem ut non vulgariter huic Cardinali commendetur , utpote qui unus omnia agebat tunc in Italia . Quavè lingua denique , quavè gladio , tantam apud suos autoritatem est adeptus ,*  
*ut*

ut JULIUS paucis ante obitum diebus illum apud se suspectum esse indicaverit, ne MAXIMILIANUM ducatu Mediolanensi exueret, & quemcumque vellet eâ dignitate exornaret, vel sibi potiùs retineret. LEONI Pontifici Parmam & Placentiam recuperando utilem accommodavit operam; Gallos sub LAUTRECCO secundâ vice urbe & agro Mediolanensi abigens, ac, ut occasio se offerebat, Patrie suae fines industrius prolataans. JOVIUS in Elogiis dicit se auribus suis audivisse FRANCISCUM primum asseverantem, aliquantò plus sibi sumtus atque periculi SEDUNENSIS facundiae indomitam vim, quàm tot legionum ejusdem gentis cuspides attulisse: mirandae solertiae praeclarum testimonium, à tam bellicoso & erudito Principe generosè redditum! Quamobrem, momentis suis mecum ponderans animum ejus à Gallis alienum & in Caesaris causam propensissimum, maximam apud Helvetios gratiam & auctoritatem, cum Anglis rerum gerendarum summam consensionem, documenta

quae ab amico suo Archiepiscopo Eboracensi accipere poterat; ante omnia verò elegantiores quibus perpolitus literas, & incomparabilem qua pollebat eloquentiam accuratiùs examinans, non possum non mihi persuadere hanc ab eo conscriptam esse ORATIONEM. Illius ingenio & consiliis magis quam coaevorum ulli convenit. Nemo idoneus rerum arbiter postquam totam perlegerit, meri literatoris esse foetum edicet: tam in rebus civilibus quàm in literis humanioribus versatum autorem, tam MARTI quàm MERCURIO acceptissimum fuisse oportet. Sed talibus solummodo rem deprehendere adnitor conjecturis, quales mihi verosimillimae videntur; ut alios tamen omnes suis opinionibus, aut feliciori indagatiōi incumbentes, lubens relinquam.

IV: QUOD ad Annotationes, quas passim subjeci, attinet, paucae sunt philologicae, plures politicae, plurimae vero historicae. Rem esse valde ridiculam censeo, novitios codices verbis  
aut

aut locis parallelis ex antiquis Scripto-  
ribus conquistis illustrare; quae ratio  
ipsis tantum veteribus Autoribus com-  
mentandis utilis esse possit, ut seculi  
nimirum aut styli dissimilitudo, si quae  
sit, appareat, & ut unus alteri facem  
praeferat. Methodum hanc tam ineptam  
dico, quàm (medius fidius) sunt Ethic-  
ae illae praelectiones, steriles & pro-  
lixae, quas Notis Grammaticis in Au-  
tores classicos Critici non raro inter-  
miscunt: quasi hujusmodi observationes  
non facile sibi colligerent omnes lecto-  
res, aut non ex libris, qui de talibus  
datâ opera tractant, commodius perdi-  
scerent. Notas Politicas satis excusa-  
tas credo, quòd idem de his rebus cum  
non sit ubique hominum iudicium, fa-  
teor me oblatam occasionem arripuisse,  
ut, quantum sineret Argumentum, bo-  
no publico pro virili inservirem. In  
Notis Historicis (quas necessarias cun-  
cti proculdubio iudicabunt) ex libris  
utrinque scriptis semper Historiam con-  
didi: satis brevem quidem, ut intra so-  
litum Notae spatium contineretur; sa-  
tis



*tis particulatim tamen enarratam, ut Auctor noster facilis & perspicuus fieret. Nihilominus lectorem hic monitum volo, me, praeter JOVIUM, BUCHANANUM, VARILLASIVM, & alios quamplurimos melioris peiorisve notae Historicos, GUICCIARDINO praesertim ex Italis usum esse, ex Gallis MEZERAEO, & ex Anglis HERBERTO. Posterioris hujus autoritate fretus, semel aut iterum regni Tabularium laudavi; sed exinde occasionem ipse nactus sum foedus autographum inter HENRICUM & LUDOVICUM perlegendi, varias etiam evolvendi epistolas à duobus Regibus atque suis Administris, potissimum verò à Duce Longavillano, conscriptas. Animum igitur plus satis obfirmavi in sententia mea de Tributo, quod, pagina vicesimâ, nobis à Gallis esse debitum assero; quodque in proximè futura de Pace tractatione repetendum imò & cogendum spero: sicut & condiciones aequiores de Commercio promovendo, tunc quippe nec satis aestimato nec intel-*

tellecto. *Ingens insuper argentum pro Tributi reliquis exigendum; dummodo enim id percipiat Regina nostra, quo nomine à Gallis designetur non laboro; quoniam Tributi sonus à tenellis eorum auriculis minimè perferri queat.* VARRILLASIVM de hac re differentem audire perjucundum est. Si tamen ipse modus, quo animi sensum exponit, lectorem de Tributo apprimè persuasum non habeat, maximopere fallor. Anglis (inquit) ex Normannia & Aquitania expulsis, optimum visum est Regibus Christianissimis jacturam ab illis factam annuà quinquaginta millium librarum *Francicarum* compensare *Pensione*, quae ad aliquod tempus satis accuratè solvebatur. Sed inanem gloriolam ex eo appetebant *Angli*, quod ipsis probro cedere debuerat; *Tributum* illud appellando, cum *Munificentiam* dixisse oportuit. Per totum pariter orbem terrarum jactitabant, inficiari *Gallos* non aufuros olim se *subjeptos* illis fuisse, quoniam etiamnum essent *Tributarii*. *Recensere deinde*

*de pergit (ceteris consentientibus Historicis) pactum esse LUDOVICUM sexcenta millia coronatorum sex vicibus HENRICO persolvere, cujus summae portio quaedam ad reliquorum illius argenti dissolutionem erat destinata, quod ille Pensionem, sed nos Tributum vocamus. Ceterum, Principes illos, qui vel in Annotationibus vel in hac Dissertatione saepius commemorantur, omnes quales fuerunt, tales absque ullo partium metu aut amore, liberè fideliterque exhibui; non HENRICI (exempli gratia) dissimulando vitia; neque LUDOVICI virtutibus laudem denegando, prout utrumque meritum esse patet.*

*AT Lectorem non diutiùs eà fraudabo voluptate, quam ex ipsa Oratione percepturus est: namque sibi ferè persuadebit, non Regem ibi HENRICUM, sed ANNAM Reginam esse compellatam, velut Europae liberatricem & arbitram, Sociis supra quàm verbis enunciari potest charam & observatam,*  
*tre-*

tremendam quidem Hostibus sed suspi-  
ciendam, & à suis tantum non adora-  
tam. Ibi pariter, quasi in imagine de-  
scriptum, inveniet ejusdem Reginae  
copiarum omnium Imperatorem, fre-  
quentium nunquam marcescentibus vi-  
ctoriarum laureis decoratum, regiones  
integras à Tyrannide viudicantem,  
Principes ditionibus restituentem inju-  
stè spoliatos, ab aliis formidolosam pro-  
pulsantem oppugnationem, ac domi fo-  
risque insolitis exornatum honoribus,  
quae virtutis singularis sunt digna prae-  
mia constituta. Ibi denique animadver-  
tet summum Aerarii praefectum, regios  
Scribas, interiores Consiliarios, suam  
patriaeque dignitatem meritò tuentes,  
tantâ fortitudine, experientia, & in-  
dustria, tam congruâ, prudenti, ac  
fidei diversorum munerum exequentio-  
ne; ut omnes boni & cordati non minùs  
alacri quàm grato animo, depraedicent  
(quae maximè malevoli neque stolidè  
attenuare, neque inficiari impudenter  
audent) pecuniam publicam nunquam  
tam solerter antea procuratam, aut  
ero-

*erogatam meliori fide: Reipublicae arcana nunquam minùs evulgata, neque literas & negotia omnia vel ocyùs unquam vel magis ex normâ expedita: tam absolutam animorum consensionem in sanctioribus Consiliis hæctenus prorsus incognitam, non excepto magni HENRICI tempore, vel majoris solobolis ELIZABETHÆ. Judiciorum rationem non aliàs magis incorruptam aut æquabiliorẽ: & , ut verbis quàm paucissimis absolvam, Anglorum utilitati, opibus, & potentiae à nullis unquam, sive Senatoribus sive Administris, magis prosperè feliciterque fuisse prospectum.*

LONDINI, 1707.

ORA-

# ORATIO PHILIPPICA

Ad excitandos contra

GALLIAM BRITANNOS.

**V**ETUS mos est (amplissimi Viri) atque ab ipsis mundi primordiis non minùs magna cum ratione institutus, quàm felicissimis semper eventibus comprobatus, ad Rerumpublicarum curas, & Regnorum ac Principatum moderationem, eos potissimùm ex omnibus adhiberi, qui, cùm reliquis bonis artibus, tum maximè Prudentiâ ceteris præstare (1) videantur. . Ea enim  
una

(1) A Livio docemur (lib. 35) Apolectos sanctius fuisse apud Aetolos concisum, quod ex  
A de-

2 O R A T I O

una est, quae (quum non tam virtus, quàm omnium virtutum parens dici possit) vigilando, prospiciendo, futura cum praeteritis & praeterita cum praesentibus conferendo, domi forisque pariter consulit, ac indies auctiora omnia opibus & glorià efficit. Sed quum multa & praeclara illius munera sint, tamen nec superiora meminisse, nec futura praevidere, nec praesentia maturè solerterque dignoscere, tantùm mihi ad veram PRUDENTIAM spectare videntur, nec ad ipsas Respublicas & Regna rectè ac feliciter gubernanda tantùm conferre;

delectis constabat viris; quare & ipse (lib. 36) Latinè vertit DELECTORUM CONCILIUM, a Graeco verbo ἀπολέγεσθαι, quod *eligere* significat: ut argumento sit vel ipsum nomen, eos propter exploratam rerum peritiam, potiùs quam ob incerta fortunae bona, ex multis delectos fuisse. Et nunquam profectò haec exolescere debuit consuetudo. Non sufficit enim ut solers & prudens sit Apolectus, nisi praecipuarum tam belli quàm pacis artium talis ei suppetat cognitio, ut inde perspicax ingeniorum iudex evadat; quo (mehercle) eveniet, ut dotes aliorum ritè discriminando ostendat suas.

re; quantùm singularum rerum (quae accidunt) OCCASIONEM agnoscere, agnitamque incunctanter arripere. Haec enim, cùm unius Temporis filia sit, bonorum tamen omnium parens est, si oblatam amplectimur; haec domina rerum, haec regina humanarum actionum, largitrix votorum, datrix opum & potentiae; denique sola homines letitiae, laudis, honoris, & gloriae compotes faciens. Poetae, qui sub jucundis figmentorum involucris divinae semper aliquid sapientiae admiscent, capillatam (2) frontem sed calvum occipitium eam habere perhibent; unamque semper illi esse comitem quam POENITENTIAM dicunt, anum illam quidem, & incessu ita lento ut OCCASIO ipsa est celerrimo: quòd si OCCASIONEM ultro se offerentem statim non astringas, ubi terga verterit frustra praetervolanti manus injicies, & calva etenim est a tergo  
&

(2) Fronte capillata est, pòst est occasio calva.



## 4 O R A T I O

& lubrica ; ubi verò ea effugerit, POENITENTIA humanae locordiae ultrix nobiscum remanet, ac neglectae fororis diuturnas a nobis exigit poenas. Quapropter (Viri amplissimi) quum praeclarissimus Rex vester vos sibi ad potentissimi Regni sui molem sustinendam, habenasque moderandas, consiliarios ac socios elegerit ; non tam ingenti vestrà auctoritate, opum magnitudine, generis splendore (quae sanè omnia in vos accumulatissimè (3) convenerunt) sed morum potiùs sanctitate, fidei candore, imprimisque perspectae cujusdam ingenii solertiae, ac vestrae singula-

(3) Nec splendida natalitia, nec opes integrae, nec plurima auctoritas publicae rerum-administrationi tantùm homines commendare debent, quantum probitas, prudentia, & industria. Tamen commodis illis prioribus gaudentes aliis omnibus sunt anteponendi, modò posterioribus hisce praediti sint virtutibus : non solum prout ordinum distinctio (quod maximum est reipublicae arcanum) sic optimè conservatur, sed quatenus etiam tales majora praebent fidelitatis pig-nora, unde & in patria tuendâ sunt alacres plerumque & animosi.

gularis prudentiae adductus opinione: decet (inquam) vos omnes dies ac noctes evigilare, atque ad unum illud mentis intendere aciem, ut veluti vos fidei ac ceterarum virtutum domicilium omnes judicant, sic consilia & decreta vestra PRUDENTIAE (quae una Regnorum rectissima est gubernatrix) plena esse cognoscant; ac vos ipsi interea Regis & Regni vestri fortunas & opes industriâ, fortitudine, ac perspicacibus consiliis (4) augeatis. Id meo quidem  
judi-

(4) Velut a primo statim limine monstrat autor noster quibus nominibus ulli sint ad Reipublicae procuracionem ex aequalibus seligendi, sic hoc in loco munus eorum paucis refert verbis; nimirum ut non solum fide, prudentia, virtute, & perspicacitate suâ utantur in peculiare Principis obsequium, cujus thesauris cumulandis, imo & absumendis, maximè gnavi reperiuntur: sed ut in commodum publicum sint pariter intenti, atque ut gentis suae opes & potentiam semper adaugeant, quod reverâ est bono Principi optimè intervire; nam certè malus est,

## 6 O R A T I O

judicio facilè assequemini, si, veterum exempla vobis ante oculos proponentes, rectè pensitabitis quid in utramque partem (aut omiſſa per ſocordiam, aut arrepta per prudentiam) illa ipſa, de qua loquebar, poſſit OCCASIO. Equidem ſi veteres Annales & priſcas Hiſtorias memorià repetatis, ex omnium Ducum, Regum, ac Gentium praeclariffimis rebus geſtis nullae uſquam inventae fuerunt aut majores aut magis admirabiles, quàm illae, quae, ſuadente rerum OCCASIONE, factae ſunt. Teſtis eſt (5) *Salamina*, memorabilis illius

qui ſeparatas a ſubditis habet rationes, qui divitiis eorum invidet vel timet vires, aut qui credit ſe unquam indigere poſſe, dum eorum plena ſunt marſupia.

(5) *Salamis* (nunc *Coluri* dicta) *Aegaei* maris eſt inſula, & olim Athenienſium rei publicae ſubjecta. Prope hunc locum *Xerxis* Perſarum regis claiſis, quae mille ducentis navibus longis, bis mille onerariis conſtabat, in totum eſt proſtigata a *Themiltocle*, qui conjunctae Graecorum praeerat claiſi, nec trecentas naves excedenti. Sed ita ſuas inter inſulam & continentem collocavit, ut nec undique circundari poſſet, nec cum pluribus quàm vellet ſimul dimicere cogere-

illius spectatrix victoriae, cum THE-  
MISTOCLES, loci tantum opportu-  
nitate adjutus, paucis quidem navi-  
bus XERXIS classem (quam, ut ipso-  
rum *Graecorum* more licentiùs loquar,  
vix maria capiebant) sic profligavit,  
ut ipsi Regi piscatorià cymba, *tardâ*,  
ut inquit ille,

*per densa cadavera prorâ,*  
vix exitium fugere licuerit. Testis  
olim *Hispania*, quae priùs PUBLIUM  
& CNAEUM SCIPIONES, illa

(6) *duo fulmina belli,*

OC-

cogeretur, quod potissimùm in causa fuit ut tam  
ingentem adeptus esset victoriam. Quandoqui-  
dem verò haec a poetis & historicis sunt adeo  
decantata, non opus est ut Xerxis referam ter-  
restres copias ad septingenta vel octingenta ho-  
minum millia, non integros epotos amnes, non  
Hellespontum compedibus vinctum (ponte sci-  
licet navali superabilem) nec Isthmum Atho  
montis insanè perforatum.

(6) Duo Scipiones a Carthaginiensibus in His-  
pania caesi (A. U. 542) fuere Cnaeus & Publius  
Publii Cornelii Scipionis, cognomento Asinae,  
filii. Sed Virgilium potiùs in animo habuisse cre-  
diderim Publium & Lucium Scipiones, illum  
Africanum, hunc Asiaticum cognominatum,  
Publii Scipionis in Hispania interempti filios;

A 4

quam-

OCCASIONE se potius offerente, caesos vidit: moxque, eadem ad *Romanos* translata, stupuit a (7) LUCIO MARTIO, cum paucis ac semiermibus cladis reliquiis, duos hostium florentissimos exercitus una nocte fuisse deletos. Scaturirent mihi exempla ejusmodi undequaque, nisi, qui tellium multitudine in re apertissima innititur, acquè mihi facere videatur, ac si arietem (quod in proverbio est) summâ vi agat in telas araneas. Quis enim est qui nesciat, cum in cunctis, tum in bellicis rebus, gerendae rei opportunitatem maximè dominari? Sed dicet aliquis, ecquid velim mihi qui OCCASIONEM tanti faciendam censeo, & tam multum in rebus gerendis posse differo? Nempe unum illud, ut cognoscatis, ex quo primùm majores vestri hanc

quamvis non vero absimile est poetam utrumque fratrum par respexisse.

(7) Lucius Martius eques tantum fuit Romanus; & quomodo tota haec res transacta est, tunc docet Livius libro vicesimo quinto.

hanc insulam colere inceperunt, nunquam majorem OCCASIONEM *Britannis* obtigisse (modò viri esse volueritis) *Gallos*, perpetuos nominis vestri hostes, ulciscendi; jura vestri Regis asserendi; & immortale vobis decus & gloriam comparandi: quàm haec ipsa, quae hoc (8) tempore

re

(8) Illud certè fuit tempus quo omnia, quae olim in Gallia possidebamus, recuperari potuissent, si tamen hoc unquam facere è re nostra judicandum est, de quo nihil hñc statuere prae me fero. Sed nunc proculdubio ampla est occasio (ut in oratione ad regni comitia a Regina-  
rum optimâ admonemur) *Mozarchiam Hispanicam Austriacae vindicare familiae, cujus rei consequentia non solum Angliae tuta & commoda, sed pariter magnifica futura est.* Ideoque hac itidem opportunitate ad talem sunt reducendi Galli statum, ut neque totius orbis commercium & opes sibi appropriare possint (nam sapientissimae Reginae verbis etiamnum utor) neque ab arbitrio eorum pendeat pacem quamcunque fecerint violare, quamprimum ac inter foederatos dissidia seminare, aut ex ipsis aliquem commodè aggredi poterunt. Tempus denique est ut Angli te libram Euro-

re non casu aliquo temerè contingit, sed altissimi ac potentissimi Dei munere è Coclo vobis est dilapsa.

EQUIDEM in bellis fuscipiendis & *Christiano* primùm dogmate, & *Romanorum* deinde (quibus maximè placuit justitia) exemplis admonemur, illud imprimis animadvertendum esse, ut jurè ac ritè, non dominandi ac imbecilliores conterendi libidine, arma (9) capiamus: vero enim verius est illud,

(10) *Fran-*

pae in manu tenere ostendant, illiusque honoris prae aliis omnibus se esse dignissimos.

(9) Quin justum sit ex nostra parte praesens bellum nulli in dubium venire potest, cum ne vel unum agri jugerum in propriam ditionem redigere cupimus, sed tantummodò ut aliis jus fiat, & ut omnes à servitute conserventur. Quamobrem non necesse est ut hìc pactorum solennium violatam fidem ex abundantia proferam, nec quemadmodum supposititius haeres nobis obtenditur in Reginae nostrae contumeliam, & contra stabilitam regni successionem, quae patriis legibus solummodò praefiniri potest.

(10) *Frangit & attollit vires in  
milite Causa;*

*Quae nisi justa subest, excutit arma  
Pudor.*

Ubi de belli CAUSA videris, mox de reliquis, quae bello necessaria sunt, inspicere oportet. Ubi ea omnia Causae honestati respondere ac largiter suppetere visa sunt, tum planè scias eam ipsam bene gerendae rei tibi OCCASIONEM dari: quam si complectaris, ea re opum, honoris, & gloriae compotem faciet; si neglexeris, mox teipsum & ignaviam tuam frustra accuses, frustra oderis, frustra dolore ac POENITUDINE excrucieris.

NON loquar de (11) CAUSA  
belli,

(10) Propert. lib. 4. Eleg. 6.

(11) Bello jam superiori anno indicto & inchoato, non opus fuit (nec nostro tempore magis necessarium est) Causae ejusdem immorari. Sed quibus facultatibus gerendum, & quantà cum ratione persequendum, erat nostri auctoris potissimum argumentum, quo evincendo nihil sanè dicit, quod in praesenti rerum statu non aequè valeat, aut certè pluris.



belli, cùm ea quàm justa, quàm pia, immo quàm gloriae plena vobis sit, longè clariùs pateat quàm quae indigeat disputatione; nisi fortè aliquis adeo stultus est, ut probari sibi postulet rationibus, justum esse (res tuas ab iis, qui per injuriam possident, ubi per legatos ritè repetens nihil profeceris) ad arma recurrere: aut pium ac sanctum haberi debere, ubi ille idem, qui tibi hostis & injurius est, sacrosanctae *Romanæ* Ecclesiae bellum inferat, & illi qui Redemptoris nostri vices in terris gerit, exitium pareret, contra eum pro *Christiana* Religione, pro Orthodoxà fide, pro Dei cultu (12) arma sumsisse.

Sed,

(12) Duplex belli causa (ut in præfatione jam retuli) a nobis prætendebatur. Prima, ut Aquitania, Normannia, Andes, & Turones, antiquum nostrum in Gallia Patrimonium, nobis in integrum restituerentur. Secunda, Pontificis &

Sed, omiffa jam belli CAUSA, quae omnino iustior ac sanctior vobis non posset esse; ad reliqua, quae bellis gerendis necessaria sunt, transeamus: quae nisi vobis omnia ubertim affluere undequaque ostendero, nihil moror, quin, spretis de Bello consiliis, vos ad pacem & otia transferatis.

I. MAGNITUDINEM copiarum, II. Virtutem militum, III. Ducum peritiam, IV. Et indeterminatam Auri copiam, in bellis maximè requirenda una omnium sententia est.

UT ritè a prima exordiamur, e qua, per Deos! in terris natio est (absit verbo invidia) quae multitudine hominum possit cum *Britannia* vestra comparari? quae terra (13) populofior?

& Ecclesiae patrociniū contra Ludovicum duodecimum & Conciliū Pisānum susceptum.

(13) Incolarum frequentia certissimum est liberae civitatis indicium, quod homines undique confluere alliciuntur, propter facultatum & personarum incolumitatem; & quia omnes ibi adeo felicem degunt vitam, ac tantos consequuntur industriae fructus, ut frequentiora necesse sit con-

fior? quae regio viris foecundior? ubi urbes populis magis refertae? ubi villae, ubi oppida, ubi demum ipsae domus hominibus (14) pleniores? Non te ad dextram non ad laevam vortas, non retro non ante oculos flectas, quin juvenum catervas, veluti apum examina, prodire videas, è quibus ad arbitrium quantas velis contrahere ac legere copias licet. Triginta millia peditum, & decem millia equitum,

contrahant matrimonia, quàm ubi incertum est an aliquid posteris legandum habituri sint; ubi contemplantur miseri se pro liberis mancipia tantùm, labôri & egestati damnata, procreaturos; & (quod adhuc magis intolerandum) vilissimis superbi Tyranni servitiis consumenda, quique illos (si homines dicere licet) propter voluptatem suam unicè natos existimabit.

(14) Potentissima & florentissima Batavorum Respublica nondum subpraesenti forma condita fuit, ubi urbes, oppida, & villae, frequentiores sunt, quàm in ulla uspiam non majoris ambitus regione. Et negari nequaquam potest, hominum multitudinem, tam in Anglia quàm in Belgio foederato, non minùs ac eorum vires & opes, omnino ab Imperii forma dimanare; nam utrorumque commercium Libertatis solummodo est effectus.

tum videri sibi dicebat ALEXANDER, quocum maximas ac difficillimas quasque aggredi auderet expeditiones. Atqui haec is ALEXANDER dictabat, qui DARIUM, supra ducenta hominum millia in bellum adducentem, fudit ac regno exiit; & qui PORUM *Indiae* regem, infinita militum ac elephantorum multitudine fretum, vi (15) cepit. Vobis verò Dei O. M. benignitate, non triginta, sed (16) decies tri-

(15) De quibus rebus gestis videantur Strabo, Diodorus, Plutarchus, Arrianus, & Quintus Curtius.

(16) Praetoriani & mercede conducti milites res nova tunc in Europa. A Ludovico undecimo, Gallorum Rege, & à Carolo Audace, Burgundionum Duce, sunt introducti, quorum exempla illico sequuti plerique alii reges & republicae. Ante illud tempus copiae militares ubique constabant ex iis solum qui solvendo censui essent secundum Romanorum politiam, sed ad Gothorum mentem dispositae: nobiles quippe quibusdam militaribus servitiis principi (secundum pactum quo ab illo agros tenebant) obstringebantur, uti & nobilibus plebei. Quum ergo tota Anglia in hunc modum esset ordinata, non hyperbolicam ulla magniloquentia dixit, nos trecenta hominum millia conscribere potuisse, quod etiam nunc fieri potest, immo & in multo

triginta hominum millia armare, uno edicto perfacile est. At quos homines! quâ statura! quàm validos! quàm audaces! quàm denique lucis & (17) vitae contemptores! Qui de re militari posteris praecepta reliquere, quadratâ statura Tyrones legi oportere admonent, musculosos, lacertosos, pectorosos. Equidem dum juventutem *Britannicam* inspicio, aut unam illam, aut praeterea nullam aliâ esse censeo, quae ad arma tractanda nata videri possit. Testes tot Annales, tot

Histo-

multo majorem numerum, si domi nos adoriri quispiam tentare vellet aut auderet.

(17) Omnes omnium gentium Historici Anglicae virtuti & audaciae testimonium perhibent; & in tantum quidem, ut qui ex vicinis sint maximè aemuli ipsâ bruta apud nos animalia, veluti equos, canes, gallos, omnibus ubique ejusdem speciei longè praestare agnoscant. Et certum est aves haec postremò dictas (non minùs quàm equos & canes) cum semel ex insula amotae sunt, degeneres fieri & imbelles. Itaque Pergrini cum huc primùm appellunt, Alektoromachias nostras, & alias bestiarum pugnas, impensè mirantur; sed praesertim Gladiatorum certamina, qui vitae quidem, at non sanguini, parcere tenentur.

Historiae rerum vestrarum a priscis illis temporibus ad haec usque nostra secula gestarum. Annon legistis BRENNUM & BELLINUM fratres, multitudine pariter & virtute *Britannorum* militum fretos, exsuperatis ac quodammodo ruptis Oceani (quibus undique vallamini) claustris, *Italiam* ferè totam, & ipsam rerum dominam *Romam* (18) expugnasse? Id quo milite, quibus copiis, quorum fortitudine ac vi praeterquam (19) *Britan-*  
no-

(18) Brennus Gallorum dux celeberrimus, maxima Italiae parte populatâ (A. U. 364) Romanos ad Alliam foedâ clade fugavit, unde & ipsum fluminis nomen semper postea habebatur infaustum, & in Fastis ut tale inferebatur. Romam ergo rectâ petens, totam urbem spoliavit, maximam partem igne consumpsit, omnes qui non in Capitolium se receperant, aut in vicinas civitates non aufugerant, interficiens. Sed dum mille auri pondo acciperet, quo pretio se obsidione liberare pacti sunt Romani in Capitolio duce Manlio, inopinatò à Camillo est oppressus, atque exercitus ejus partim deletus, partim dissipatus: etsi quidam sint Historici, fide digni, qui postremum hoc non commemorarunt, aut certè non crediderunt.

(19) Fabulosi quidam Britannorum historici omninò statuunt, sed nullis idoneis autoribus,  
B Bren-

*norum* est gestum? Nimis antiqua re-  
peto. ARCTURUS ille Rex, nun-  
quam fatis laudatus, quo alio milite  
*Romanorum* jugum à cervicibus ve-  
stris (20) excussit? RICARDUS (qui  
ab

Brennum hujus insulae Regem fuisse, qui pari-  
ter Galliae partem teneret; & etiam quoddam Bren-  
nus appellativum non proprium fuerat nomen,  
cum in eorum lingua *Brennin* Regem significet.  
Hinc ergo Regem cum fratre Bellino intelli-  
gi volunt; quod alio ejusdem gentis Brenno cor-  
roborant, qui, anno secundo 125 Olympiadis,  
Macedoniam, Thessaliam, & magnam Graeciae  
partem devastavit, quisque tandem cum exercitu  
in Delphici templi oppugnatione periit. Animad-  
vertere tamen debuerant, quum eadem fuisset  
lingua Gallica ac Britannica, quod nullum hinc  
in partem alterutram elici poterit argumentum.  
Utcunque haec fient, quandoquidem Brennus  
& Bellinus Britanni Principes existimati sunt,  
quod a pluribus etiam Anglicis scriptoribus est  
receptum, orator noster, secundum artis suae  
regulas, nos laude cohonestare hoc nomine ae-  
què potuit legitimè ac Romanos Virgilius, ar-  
gumento sumpto ab Aenea & Trojanis profugis,  
quae fabula à Graeculis primùm est divendita.

(20) Etsi non dubitem Arcturum magnani-  
mum fuisse principem ac bellicosum, praeclara  
tamen ejus facinora ita sunt ultra verum ampli-  
ficata, & equitum Mensae rotundae fabula adeo  
caret omni probabilitate, ut tota res à non pau-  
cis in dubium vocetur.

ab animi magnitudine *Cor Leonis* cognomento dictus est) quibus copiis; quibus armis praeter *Britannica*, in *Hierosolymis* tam multa praeclara exantlavit, & sacrosanctae illius terrae campos innumeris complevit (21) stragibus? Veniam ad recentiora. (22) EDOARDUS tertius & (23) HENRICUS quintus nonne *Galliam*,  
sua-

(21) Ricardus primus, unà cum Philippo Augusto Galliarum Rege & quibusdam aliis principibus, in terram sanctam (ut Palestinam insigniunt) poenitentialem suscepit expeditionem A. C. 1191. Sed Philippus, se nescio quid aegre ferre simulans, eodem anno domum remeavit. Ricardus interea Cyprum subegit, Saladinum debellavit, & aeternam sibi famam gestis egregiis consequutus est.

(22) Edoardus tertius, post Caroli pulchri avunculi sui obitum, ad Regni procurationem, immo & ad ipsam Coronam, lege Salicà aspirabat. In pugna ad Cressiacum (A. C. 1346) superior evasit; ubi se amisisse triginta millia peditum, duodecim millia equitum, & octoginta vexilla, ipsi Galli consentunt, unà cum Regis fratre, & magnà aliorum principum ac nobilium multitudine. Prope Pictavium (A. C. 1356) Joannem Regem praelio devicit, captum in Angliam duxit, & post annos ferè quatuor libertati restituit.

(23) Henricus quintus (A. C. 1415) ad Agin-  
B 2 cur-



sua ipsorum & militum *Britannorum*  
virtute subactam, vobis (24) tributa-  
riam

curtum victor exitit, in qua pugna captorum quam capientium duplo major fuit numerus. Post alia multa prosperè gesta Parisiis est magnificè exceptus, & (Rege ac Regina consentientibus) matrimonio cum Catharina Caroli sexti filia conjungitur; regni denique legitimus haeres, Carolo septimo abdicato, indicitur. Sed regnante ejus filio Henrico sexto, qui Gallorum Rex Lutetiae solenniter inaugurabatur, omnium ferè jactura facta est.

(24) Quamvis Angliae reges, per duo ferè secula, magnam pecuniae vim à Gallis annuatim accepisse (praeter effusiones ad captandam Aulicorum gratiam factas) inficiari non potuit Philippus Cominaeus; illud tamen Pensionem quandam mercenariam fuisse contendit, etsi revera fuit, id quod ab Anglis vocabatur, Tributum, & nunquam non numeratum usque ad mortem Henrici octavi, cujus Pater quinquaginta millia numismatum Ducalium quotannis inde receperat. Ludovicus duodecimus ipsi quidem Henrico centum mille coronatorum (uti vocant) quovis anno solvere stipulabatur: & qui in locum ejus successit, Franciscus primus coronatorum decem myriades diversis vicibus pendere tenebatur, quod Polydorus Virgilius pretium pro pacè vocat; & hoc si Tributum non est, quid sit omnino Tributum ignoro. Nec praeterendum est Maximilianum & Carolum, Caesares, quotiescumque auxilium contra Gallos ab Henrico exposcerent (quod iterum & saepiùs factum)

riam reliquere? Sed quid ego superiorum temporum commemorem gesta? cum hoc anno & vobis pariter & omnibus externis patuerit, quam multa militum millia in *Britannia* legi possint, & quam ceteras nationes *Britanni* milites virtute praecedant. Trajecerat in *Galliam* invictus Rex vester ad (25) sexaginta millia armorum, qua multitudine non *Britannia* modo, sed tota fere *Europa* (26) viris potuit exhauriri. At eodem tempore, repentino *Scotorum* excitato (27) bello, non exhausta tota in-

factum) sese pacto obstrinxisse ad omnium debitorum solutionem, quae Angliae regibus à Gallis in perpetuum pendere solebant.

(25) In obsidione Tornacensi circiter octoginta cum habuisset millia militum, autor est Guicciardinus.

(26) Hoc dictum, quia tunc temporis illi solum qui censum solvebant militatum ibant: neque ullum virorum fieri dispendium proprie dici potest, quando ablegantur aut in militiam coguntur proficisci sexaginta millia circumcellionum, trifurum, aut aliorum ignave degentium.

(27) De hoc incurfu inferius dicemus. Interea tamen non possum non aliquid animadvertere, quod nec ab hoc loco nec ab hoc tempore

insula militibus credi potuit? Nihilominus, tumultuario delectu habito, intra quadriduum ad triginta hominum millia sub signis fuere. At dicet aliquis, imbellis erat multitudo, & rei bellicae prorsus (28) imperita.

Nem-

alienum videbitur. Antequam duo regna Britannica unius paruisent imperio, Scotia paratum quasi posticum erat, unde Galli, perpetui gentis Anglicanae hostes, consilia nostra clandestinum turbare solebant; aut unde ipsi Scoti, quotiescunque Gallos armis propalam insequeremur, ab inceptis nos revocate bello non indicto nitentur: quae res, etsi semper ipsis damno, nobis tamen lucro nunquam cessit. Quamobrem, non solum ut similibus imposteorum occurratur incommodis, sed etiam propter graves & varias rationes politicas (quae Regum successione, Commerci incrementum, & Imperii maritimi conservationem spectant) nullatenus ambigendum est, quin impraesentiarum omnes boni & sapientes viri Occasionem, quae se ultrò praebet, amplectantur, quâ in unam Gentem & Rempubicam unam coalescere demum possimus, sicuti jampridem incolae sumus ejusdem insulae, & eorundem sacrorum cultores.

(28) Sed res ab iis gestae indicio sunt, aut melius tunc instructos & exercitatos quam nostro aetate fuisse militantes cives, aut quòd nullo tempore stipendiariis sint deteriores, quando de patria tuenda agitur.

Nempe fuit hujusmodi, ut regiae copiae (29) urbes *Gallorum* vel maximè munitas vi ceperint, hostium exercitus non semel fugaverint, & postremò *Galliam* totam terrore repleverint: quae contra *Scotos* profectae sunt (licet pauciores cum pluribus congressi fuerunt) primo tamen impetu & hostibus maximam intulerunt cladem, &, caeso Rege ac omni fere *Scotorum* nobilitate, nefariae perfidiae justissimas exegerunt poenas. Quo fit ut luce clariùs pateat, Dei benignitate nullum inter *Christianos* Regem esse, qui vel majores vel virtute florentiores copias, quàm Rex vester educere in campum possit.

RELIQUUM est ut de Ducum PERITIA ac VIRTUTE tum de PECUNIAE facultate & copia, differamus: quorum alterum in bellis gerendis tanti est faciendum, ut

CHA-

(29) Teroanam vult & Tornacum, de quibus, cum reliquis hìc memoratis, suis locis differemus.

CHABRIAS, *Atheniensium* dux non poenitendus, dicere confueverit, *Malle se cervorum exercitum habere duce leone, quàm leonum duce* (30) *cervo*; alterum verò ad bella usque adeo necessarium putavêre, ut trito jam proverbio unus belli nervus Pecunia appelletur. Sed ego illud postremum attingam prius, aut tacebo potius, ne in re aperta diutiùs immorer. Nemo enim est qui nesciat, nisi qui fortasse omnia nescit, *Britanniam* auro & argento maximè abundare; nemo qui nesciat nullis in terris majora (quando est opus) tributa & vectigalia Regibus pendi, nullà in terra faciliùs (31) exigi. Illud au-

(30) Chabrias quamplurima in Graecia & Aegypto egregiè exantlavit, ob dictum hocce speciatim notatur, laudibus cumularur à Demosthenc, & ejus vita à Cornelio Nèpote est conscripta.

(31) Nullam in terris Regionem, Belgio foederato excepto, majora quàm Anglia vectigalia pendere, nullus dubito; atque ratio est in promptu, quia sicuti plus dare, sic amittere aut lucrari plus quàm reliqui omnes possunt. Nec minus verum est, tributa haec semper pacatè exigi,

audacter dicam , per totum orbem terrarum famam pervasisse, quos de (32) CROESO & MIDA thesauros Vetustas fabulatur, solum Regem vestrum a (33) patre sibi relictos possidere. Scimus enim quàm accuratè sapientissimus ille Rex congerendo cumulan-

gi, quoniam concessa & irrogata sunt ab ipso Populo, quibus a summo Magistratu causa est impertita, de necessitate tamen libero ipsis arbitrio permisso. Quamobrem ea, habitâ ratione ad uniuscujusque facultates, erogare certum est. At a Principum legibus solutorum subditis nunquam multum, nisi quando totum ferè quo fruuntur, colligitur. Nec libenter solvunt; quia nullo fortunarum respectu onera haec imponuntur, quae Principis libidini aut ambitioni, & Ministrorum luxui aut avaritiae nõdrunt destinata.

(32) Horum opes ab Historicis & Poetis adeo celebrantur, ut omnibus linguis jam Europaeis in proverbium abierint.

(33) Summa Argenti ei a patre legati fuit, secundum illius vitae scriptorem Herbertum, decem myriadam & octingentarum millium librarum Anglicarum, quas sterlingas vulgò dicimus; quod quadruplo plus aestimandum est, quàm totidem nostro tempore librae. Sed spectaculis, choreis, decursibus ludicris, & lautissimis conviviis ita deditus fuit, ut hujus thesauri multa pars absumpta esset, antequam bello Gallico tantopere excavaretur.

landoque undequaque Auro incubuerit: nempe ut divino quodam monitu praefensisse videretur, talem se filium genuisse cui grandes & inusitatae opes essent relinquendae, quae ad hostes edomandos, & aeternam sibi ac suis gloriam comparandam, vasto & invicto illius animo essent fatis.

QUANTUM autem ad Ducum PERITIAM attinet, neminem (herclè) arbitror sic prorsus mente & communi sensu carere, qui non planè cognoscat quòd nulli gentium in tali re invidere debeatis. Possent ego plerosque centuriones commemorare, plerosque duces, equitum & peditum praefectos, quorum virtus hoc anno suiipsius ejusmodi praebuit documenta, ut vel maximae copiae singulis tutò credi possint. Omnes praetereo prudens, omnes sepono: ad ipsum Regem vestrum propero, in quem unum Natura pariter ac Fortuna certatim sua munera videntur congestisse. Illa formam, pulchri-

chritudinem, robur, ingenium, animum contulit : haec opes, divitias, thesauros, regna, populos, populorumque studia & affectus, nec non omnium inceptarum rerum successus (34) optabiles. PERITIAM rei militaris, VIRTUTEM, AUTORITATEM, & FORTUNAM, in summo Imperatore (35) CICERO putat exigendas. Singula haec sigillatim ac distinctè persequi, longum magis quàm necessarium duxerim. Nam virtutem, ad quam Regem vestrum natura excitat, voluntas exercet, consuetudo confirmat ;

au-

(34) Hanc accuratam Henrici octavi descriptionem testificantur domestici omnes scriptores & exteri non pauci. Quamvis noster itaque tam concinnè illum compellare novit, tamen adulari dici nequit, etsi nihil meminerit eorum (quomodo etenim potuit) quae postea libidiniosius aut crudeliùs egisse videatur, quaeque magnanimi aliàs Principis nomini maculam aliquam inuferunt.

(35) *Ego enim sic existimo, in summo Imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem.* Orat. pro lege Manilia.



autoritatem, quae regii nominis per se ipsa est comes; & fortunam, quae, licet in bello valere plurimum putatur, prudentiae tamen & circumspeditionis ancilla est: has, inquam, tres Imperatoris partes nonne in Rege vestro sic perspicuè videtis enitescere, ut faciliùs atque uberiùs ipsi aliis praedicare, quàm me ista praedicantem audire possitis? Sed tamen eas ipsas, de rei bellicae scientia differens, sic obiter attingam, ut in Regem vestrum accumulatissimè concurrisse nemo audeat prorsus diffiteri.

VERUM ego Peritiam rei militaris ita metior, ut non secus ac omnium aliarum rerum Scientiam, duabus potissimum rebus, **INGENIO** & **EXERCITATIONE**, censeam facile comprehendì posse. Equidem inficias non iverim, Exercitationem ad rerum bellicarum Scientiam multum prodesse. Tanti tamen eam faciendam puto, ut si roges utrum in egregio Imperatore magis cupiam,



piam, Ingenium & Animum, hoc est, Prudentiam & Fortitudinem, an Exercitationem? semper illud prius quàm hoc posterius malim. Non enim ab re FABIIUM MAXIMUM *Cunctatorem* illum, qui primus HANNIBALIS astus & artes artibus retudit, dixisse legimus, EVENTUM STULTORUM MAGISTRUM. (36) esse. Qui pollet ingenio, per se ipse colligens novit facere, quae alii, faciendo aut fieri videndo, colligere didicerunt. Testis est nobis ALEXANDER ille *Macedo*, qui ab ipso adolescentiae suae tyrocinio (defuncto Patre) ad regnum ascitus, quia ingenii & animi magnitudine excellebat, quot *Asia* ferè tota & *Europae* magna pars regibus tenebatur, totidem statim (37) Victoriis praeclarum nomen suum illustravit. Quòd si artes Imperatoriae Ingenio & Animo magis quàm

(36) Liv. l. 22.

(37) Inter omnes super hac re convenit Scriptores, nec ullis ad fidem conciliandam eget auctoritatibus.

quàm Exercitatione continentur, equis (per Deos!) qui Ingenii acuminē ac dexteritate, qui Animi magnitudine atque praestantiâ, possit cum Rege vestro comparari? Quis in omnibus rebus videt acutiùs? Quis discernit solertiùs? Quis audet alacriùs? Sed dicat mihi quispiam, ALEXANDRO ipsi (cujus dudum meminimus) veteranos milites & duces Belli peritissimos, qui sub PHILIPPO Patre meruerant, non defuisse. Huic ego respondeo, nec Regi vestro (38) Patris veteranos & duces & milites deesse: non *Belgas* totius (39) *Galliae* fortissimos ac exercitatissimos Equites: non *Germanos* Pedites, non Duces,

(38) Henricus septimus, praeter quos domi oppresserat perduelles, foris quoque contra Carolum octavum, contra Scotos etiam & Hibernos, bella prosperè gessit.

(39) Gallia à Romanis dividebatur in Transalpinam seu Comatam, & Cisalpinam seu Togatam. Subdivisa iterum est Comata, 1. in Celticam sive Lugdunensem, 2. Aquitanicam, 3. Narbonensem sive Braccatam, & 4. Belgicam, quae ad Rhenum usque & Batavos porrecta est, atque Flandria vulgò dicitur.

ces, non (40) Principes: non FERDINANDUM *Hispaniae* Regem patrem ac focerum defuturum, qui quantum consilio, sapientiâ, potentiâ, & armis possit, non modo *Galli* omnes hostes saepissimè suo magno malo didicerunt; sed ex tribusetiam Orbis partibus singulae, ad ipsos usque *Antipodes*,

(41)

(40) Primo loco notatu dignum est, has ipsas gentes nobis esse nunc temporis societate conjunctas: at jam multo majoris momenti, quam septem foederati populi universis in Belgio septemdecim, quando unius parebant imperio, quam longissimè praepolleant. Secundo, expendendus venit Hispaniarum rex; sed non sine gravibus causis credendum est Carolum tertium, optimae spei Principem, stabiliorem se approbaturum belli socium Ferdinando quinto, qui datam fidem & promissâ nihili fecisse, cum id è re sua duceret, omnibus innotescit. Tertio, Bellicosum fuisse Imperatorem Maximilianum, & Literarum fautorem quamvis minùs liberaliter educatum, non negabimus; sed redditibus ordinandis improvidus fuit, effusè munificus, delusus a Ministris, occasionum negligens, & in foederibus ineundis plerunque circumventus. Ex horum omnium contrariis virtutibus sunt laudes Augustissimi Josephi meritò petendae, ac multifariâ nobis experientia comprobatae.

(41) *alio sub sole jacentes ,*

expertae jam sunt. Non denique MA-  
XIMILIANUS *Caesar* deerit , al-  
ter nostri temporis MAVORS , qui  
cùm a primis incunabulis ad ipsam uf-  
que canitiem aetatem omnem cum  
diversis hostibus belligerando triverit ,  
non magis dignitate *Caesareâ* , quàm  
rei militaris scientiâ , ceteros nostrae  
tempestatis Imperatores antecedit.  
Hoc (ut alios omittam) socio, hoc  
magistro , hoc patre innititur Rex  
vester. (42) Patre, inquam: nemo e-  
nim unquam pater tantâ filium quan-  
tâ

(41) Americam, regnantibus Ferdinando &  
Isabella, à Christophoro Columbo fuisse dete-  
ctam, nulli non notum est. Virg. G. l. 2. v. 512.

*Atque alio patriam quaerunt sub sole jacentem.*

(42) Henricus impensè diligebatur à Maximili-  
ano, qui sub ejus auspiciis (ut in praefatione  
jam notavi) stipendium accipere dignatus est.  
Diu illum, sed minùs sincerè, spe succedendi  
in Imperium illexit. Sed temeritatem ejus, ma-  
ximè ad Teroanam, aspernari solitus est: quasi  
laude dignius exillimaret Arte amittere, ut ipse  
non semel fecit, quàm ut noster Virtute vian-  
cere.

tà *Caesar* Regem vestrum complectitur benevolentia & amore; nemo pro liberis aequè sollicitus, nemo natu- rum saluti aequè favit aut prospexit, ac optimus ille Imperator ejusdem Regis dignitati, honori, ac gloriae studet & consulit. Sed quid ego superflua ista confector? cùm Rex ipse vester apertissimo cunctis fuerit do- cumento, cui naturalis Prudentia insit, cui à natura Ingenium sup- petat, cui animi & corporis Ro- bur non desit, eum ad omnia munera summi Imperatoris adim- plenda longâ Exercitatione mini- mùm (43) indigere. Annon vidi- stis

(43) Inter externos Imperatores unicus mihi feligendus est potentissimus Sueonum rex, si- cuti è domellicis mihi primo sese offert intuitu Dux Marlburientis. Ambo equidem non solùm nunc exercitatissimi, sed ab omnibus etiam feli- cissimi meritò habentur. Attamen sub initio re- rum ab ipsis tam praeclarè gestarum (eodemque ferè temporis curriculo) non defuere qui de even- tu dubitarent, quia nec primus certè nec se- cundus unquam antea, vel minimo exercitui, cum summo praefuerat imperio.

stis Regem vestrum cùm secundum & vicissimum adhuc annum ageret , quo aetatis tempore alii Reguli vix nuces & turbines reliquere ; cùm in formosissimae ac amantissimae Conjugis fufus gremio , in plumis ac deliciis vitam agere posset , nullo suadente , nullo excitante , suo tantùm ingenio ac virtute permotum , Expeditionem *Gallicam* cogitasse , cogitatamque dicto citiùs apparasse , comparatisque omnibus rebus quae ad bellum necessaria fuerant (superato Oceano) in hostilem terram Exercitum trajecisse ? Tunc eo ad (44) *Teroanam* sive *Morinum* priùs , deinde ad (45) *Tornacum* , munitissimas ac po-

(44) Teroana , in Artesiensi comitatu sita , optimè parata fuit tormentis bellicis , ac bis mille ducentorum & quinquaginta hominum praesidio . Sub Junii mensis finem hanc urbem obfisione cinximus , & , Gallis frustra suppeditis afferentibus , vicesimo secundo Augusti (A.C. 1513) deditioe pacta , in nostram potestatem venit : sed , Imperatore Maximiliano percipiente , muris & munimentis omnibus est statim spoliata .

(45) Teroanâ Rex noster exercitum duxit Tornacum versùs , quae ampla & populosa est  
in

potentissimas *Galliae* urbes admoto ,  
 utramque ad deditionem vi compulit.  
 Hostium equitatum , quo illi longè  
 potentiores habebantur , primùm suo  
 tantùm aspectu in fugam vertit , deinde  
 cum paucis Equitum turmis (46)  
 fudit ac stravit. Hostem , cujus ter-  
 ror

in Flandriae comitatu civitas , ad quam Septem-  
 bris quindecimo die constitit ; quaeque vicesimo  
 tertio deditionem faciens , Anglicae ditioni ju-  
 ramento est obstricta , quinquaginta millibus co-  
 ronatorum solarium extemplo persolutis , &  
 quotannis , pro spatio decem Annorum , qua-  
 tuor mille libris pactis. In nostra fide permansit  
 ad Annum 1518 quando dotis nomine Gallis  
 demum reddebatur , etsi matrimonium illud in-  
 ter Principem Mariam & Francisci primi Filium  
 nunquam effectum est sortitum : & , Caeto post  
 nuptias cum Philippo Hispaniarum rege initas  
 amisso , hanc Reginam Anglicis in Gallia pos-  
 sessionibus infaustam & inauspicatam fuisse , ani-  
 madversum est.

(46) Quando ducibus suis , ut Teroanae Urbi  
 militibus & annonâ subvenirent , imperassèt Rex  
 Gallicus , ne manus tamen cum Anglis ullo pacto  
 conferrent in mandatis dedit. Sed decimo  
 sexto Augusti , ut suppetias ferre nitentur ,  
 Rex noster in occursum cum Maximiliano Im-  
 peratore infesto agmine pergebat ; & quamvis à  
 solo Equitatu nostro impressio facta esset , con-  
 festim se in fugam proripiebant , unde & ab ipsis



rör totam *Italiam* pervaserat, qui totius *Europae* (47) Imperium animo jam conceperat, contractis praeformidine ad urbium praesidia copiis, intra penitissimae *Galliae* latebras destruxit. Coactus deinde anni tempore & ingruentis hyemis asperitati cedere, parte copiarum ad hiberna pariter & locorum praesidia collocatâ, reliquum Exercitum, ne uno quidem mili-

Gallis dicitur ista *Calcarium pugna*, quoddam die Calcaribus quàm Gladiis magis strenuè uti sint populares sui. Capti sunt inimicorum fortissimi quique, ut Dux Longavillanus copiarum Imperator, perillustres Baiardus, Faïettus, Clermontius Andegavensis, & alii quamplures. Captus est etiam Longavillani Legatus Palissa, sed eum custos oscitans, aut potius muneribus corruptus, elabi passus est.

(47) Omnes qui Europae imperium assequi in consiliis habuere (quod Hispani & Galli vicissim moliti) Italiâ potiri ante omnia sunt annisi: aut eam pro tanta Monarchia optimè sitam arbitantes, eo quoddam a Mari supero & infero alluitur; aut quasi Orbis fatum a veteris Romae rudibus, vel a vi quadam illi solo (ut quondam Oraculo Delphico) insitâ, dependere crederent. Sed Galli Hispaniam magis usui suo nunc idoneam putant, utpote quae Indiarum opes & orbis commercium sit traditura.

milite imminutum, in *Britanniam* reportavit; omnes equidem plenos spei, confidentiae, honoris, & gloriae. Sed dum haec geruntur, perfidus interea ille *Scotorum* Rex, scelestas *Gallorum* persuasiones fidei ac necessitudini antevertens, coactis quantas nunquam antea illud regnum potuit copiis, fines regni vestri hostiliter ingreditur. Ei consilio & auspiciis vestri Regis ita est (48) obvium, ut eodem tempore *Gallorum* Rex & urbes suas vi capi, & Sociorum copias cum Rege ac primatibus ferè cunctis caefas; intelligeret. At haec omnia, bone Deus, qua prudentia circumspecta sunt! qua justitia, qua aequitate (49) ministrata! qua

(48) Quomodo haec contigerint, paulò inferiùs lectori fusè enarrabimus.

(49) Paucis quidem verbis, sed satis abundè tamen, hoc loco artes summi Principis noster exequitur, & tam Apolectorum quàm periti Ducis recenset munia. Horum omnium praesens apud nos rerum administratio est optimum Commentarium, si solam unius aut alterius hominis demiseris avaritiam; quae suo ipsorum Genio (ut

qua virtute, qua liberalitate gesta!  
 qua patientia in laboribus, qua forti-  
 tudine in periculis, qua in agendo  
 industriâ, qua in conficiendo diligen-  
 tiâ, quibus in providendo consiliis  
 facta sunt! nulla unquam in castris fe-  
 ditio, nulla commeatus inopia, nul-  
 lus machinarum, & eorum quae ad  
 tormenta bellica pertinent, defectus  
 unquam fuit: non castrametandi so-  
 lertia, non oppugnandi peritia, non  
 ducendi agminis cautio, non ad ma-  
 nus conferendas animus defuit; nun-  
 quam loci, nunquam temporis cogni-  
 tio desiderata. Annon haec omnia vo-  
 bis PERITIAM, VIRTUTEM,  
 AUTORITATEM, & faventif-  
 simam FORTUNAM Ducis ar-  
 guere videntur? siquid tamen est ip-  
 sa fortuna in Duce, praeterquam Dei  
 O. M. permissio & voluntas, & ea-  
 rum, quas supra memoravimus, Ar-  
 tium cognitio & calliditas. Quod si  
 Ty-

ab omnibus etiam fit) non Britannorum indoli  
 minùs aequè tribuenda.

Tyrunculus adhuc Rex vester, superiori anno prima statim arma induens, haec omnia Ingenii tantum & Animi praestantiâ exactissimè praestitit; quid illum posthac praestitutum abitrarni ubi plura fecerit stipendia, & quae nunc Ingenio percepit ipsa mox Exercitatione roboraverit? Certè non nostri modò temporis, sed praestantissimis omnium aetatum Imperatoribus, erit (50) praefendus. Sed dicite

(50) Tantâ dignitate, animo, & ingenio praeditus Henricus, ad praestantissimi Ducis gloriam potuit absque dubio pervenire: sed quare hoc minimè contigit non malae reddi possunt rationes. Primum, ardorem belli in eò ab ipso initio socii Ferdinandi imminuit perfidia ter repetita; & fecit ut, pace insequente, lautissimis Aulae oblectamentis se nimis addicere vacaret. Animi deinceps cogitationes ab aliis omnibus rebus distrahebant diuturnae molestiae quibus ab infelicitate circa uxores, & à dissidiis de Religione ortis, penitus involvebatur. Causa denique magis probanda, fuit egregium illud quod semel inierat consilium, non ut de vicinis reportaret triumphos, sed ut Europae existeret arbiter: quo nomine tamen aliquantò culpandus venit, quòd de Commercio promovendo, aut alio quopiam pacto, non luculentiores inde nactus sit conditiones.

cite (quaeso) mihi, annon ex iis, quae suprà disseruimus, maximam debellandi hostes & potiundae totius *Galliae* OCCASIONEM vobis dari videtis? Vultisne apertiùs illam inspicere? Vultis ante ora vestra clariùs enudari? Agite, quaeso, examine hostium vires ac facultates, & eas cum vestris comparate atque (51) perpendite: tum demum veriùs iudicabitis quid vobis, quid illis, aut sperandum sit aut diffidendum.

TERRA *Britanna* indigenas (ut ostendimus vobis) milites, ex libidine magis quàm pro necessitate legendos, quotquot volueritis, abundè praebet. *Gallia*, praeter Nobiles equis

(51) Hoc nobis impraesentiarum documento esse consentaneum est; & si inter expendendum difficultatibus nonnullis, uti verosimile est, urgeri nos exploratum habebimus (quis enim de bello gerendo cogitavit, qui multa perpèti incommoda non ante decrevit?) Gallorum tamen res multo deteriores reperiemus, & eos non diu ferendis premi augustiis.

quis stipendia facientes, perquam paucos bonos pedites profert; *Vascones* illos quidem, & quos *Picardos* dicunt. Cetera omnis multitudo (52) imbellis est, humilis, supplex, inops, Nobilium (53) jugo sic afflueta, ut a servis aere paratis perquam parum differre videantur. *Britanni* milites, ubi Duci nomen dedere, vel ab (54) aratro vel a pecore ducti sunt. Statim sub signis esse, ordinem non relin-

(52) Quae de Gallorum indole minus honorificè scripserint antiqui auctores (Caesar, Livius, reliqui) in medium adducere possemus: sed illustrandae scripturae aut exacuendi stili gratiâ nullis hic indiget annotationibus Orator noster, quem nimis clarè loquutum multi fortasse quiritabuntur. Ut verò non tam malè de Gallis, ac ipsos exhibet, sentire debemus; sic, ut laudes quibus gentem nostram ornat semper mereamur, summo nobis opere annitendum est.

(53) Quamvis Procerum potentia nunc temporis non tam magna est, non minor tamen est Plebeiorum servitus: sed hoc miserrimo gaudent solatio, ut veteres Dominos habeant conservos.

(54) Agricultura & Pecuaria passio sunt vitae instituta, quae patientes & omnium casuum ac temporum tolerantés efficiunt homines.

linquere, arma tractare, hostem ferire, lucem flocci pendere, naturâ instruente, didicere: tunc nudo solo jacentes dormire, sub dio noctes ac dies agere, calores & frigora pari patientiâ superare, (55) famem (si opus fuerit) herbis aut agrestibus pomis sedare, sitim aquâ extinguere consueverunt. Contrâ, *Gallus* caloris & aestus aequè impatiens, labori vel minimo cuique impar, inedia quantulacunque deficiens, siti quoque imprimis obnoxius; iners, ignavus, fugax, & furax: jactabundus in castris, desertor in praeliis, hostium praeda, sociorum praedator. Vos, Dei omnipotentis benignitate, ditissimi, nullis

(55) Quicumque, propter maximam apud nos rerum omnium abundantiam, de his ambigere propendat, velim is in memoriam revocet quid quantumque Expeditione illa aestivâ, quae pacem Resvicensem proximè praecedebat, milites nostri in Belgio pertulerint: & dubius certè haerebit utrùm ex duobus magis admiretur, vel quod propriae tolerantiae & moderationis praebuerunt experimentum, vel amorem erga patriam & fidem quam praestiterunt regi Gulielmo.

lis sumtibus, nullis stipendijs, nullis denique auri & argenti (56) effusionibus pares non estis. Militum, seu vestros seu alienigenas malueritis, si-ve utrosque, quantum libuerit & quàm diu libuerit alere (57) potestis. Illi contra (quia diuturnis bellis nobilissimus ac fortissimus quisque occidit, quia regii thesauri absumti, aerarium publicum exhaustum, Regni vectigalia imminuta, privatorum aedes exinanitae) armis, equis, viris, pecuniis, omnibus denique opibus pariter (58) defecerunt. Sed missa haec. Nunc ad Reges ipsos inter se conferendos transeamus.

AGITE *Galli*, ut ventosi estis omnes & jactabundi, proferte Regem  
ve-

(56) Ingentem illam auri copiam in testem adhibeo, quam pro conscribendi apud eos militum licentiâ, & largitiones, propter alias etiam causas factas, quas tot principibus exteris tam in praeterito quàm in praesenti bello contribuimus.

(57) Hic est praesens apud nos rerum status.

(58) Haec est ipsissima apud illos rerum conditio.



vestrum, ac, si libuit, primùm inter arma & bella eum consenuisse praedicate; deinde, praeclarè illius gesta recensentes, in *Gallia Circumpadana* (59) *LUDOVICUM Insu-  
brium* Ducem priùs Ducatu pulsum, postea captum commemorate: modò ne illud silentio transeatis, Ducem illum popularibus suis iustis de cau-

(59) Ludovicus Sforza princeps erat exactio-  
nibus summè addictus. Adversis tandem rebus  
ad subditorum benevolentiam confugere voluit,  
oneribus ipsos se levaturum, & quicquid esset  
contra leges admissum emendaturum spondens.  
Sed dictis fidem non habebant. Nam in tali sta-  
tu suspitioni locum dant principes, imminen-  
tem se metum aut periculum potiùs quàm animi  
bonitatem & candorem palàm facere. Nunquam  
hoc luculentiùs comprobatum, quàm paulò an-  
te nuperam apud nos rerum conversionem,  
cùm Rex Jacobus, Belgarum foederatorum ap-  
paratus, ut Anglis adversus eum auxilio essent,  
intelligens, urbium privilegia in integrum resti-  
tuit, contra Magdalenense Collegium intentam  
actionem inhibuit, & comitia libera indicare  
promisit: sed, falso de tota Belgarum classe pro-  
cella obrutà nuntio allato, statim omnia retra-  
ctavit, quae res eum in exitium praecipitantem  
ociùs urgebat.

causis invisum, ab illis ultro defer-  
tum, non vestrà virtute debellatum;  
mox cùm bellum renovasset, fraudi-  
bus & proditione pecuniis compara-  
tà, non vi aut armis pugnandò (60)  
captum. Addite deinde (61) F R E D E-  
R I C U M Regem *Neapolitanum* Regno  
exutum: modò & hoc fateamini, non  
Regnum a Rege vestro captum, sed  
ipsum Regem a Regulis illius Regni  
accitum ac susceptum esse; moxque  
inter *Gallos & Hispanos* (62) Dissen-  
tio-

(60) Ludovicus (A. C. 1499) è ditionibus suis  
pulsus, in Germaniam ad Imperatorem Maxi-  
milianum profugit. Sed in Italian iterum re-  
diens, atque bellum prospero cum successu re-  
dintegrans, in urbe Novara ab Helvetiis perfidè  
proditus est, & inimicis pretio pacto turpissimè  
deditus.

(61) Ludovicus duodecimus Gallorum, &  
Ferdinandus quintus Tarraconensium Reges, ar-  
canam inierunt foedus (A. C. 1501) ut regnum  
Neapolitanum subjugarent, ac inter semet par-  
tirentur. Hinc Fridericus, subditis ob pessimam  
administrationem obnoxius, & à Rege ejusdem  
sanguinis & familiae proditus, ira contra ipsum  
in rabiem versâ, aufugit in Galliam, tibi a Lu-  
dovico duodecimo Andium Dux creatus est.

(62) Lite inter Gallos & Hispanos de limiti-  
bus

tione ortâ , tres *Gallorum* magnos exercitus mediocri quadam *Hispanorum* manu esse deletos, castris, urbibus, oppidis, arcibus cunctis exutos. Quid deinde profequi est in animo ? Bellum contra (63) *Pontificem* susceptum? an (64) *Bononiam* Ecclesiae erep-

bus ortâ , cùm utrique totum regnum sibi solis vindicare reverâ destinassent , magnus Gonsalvus cum paucis Hispanis moderatè & compositè viventibus, Gallos numero plures, sed moribus dissolutos & fastuosos, nullo non occurſu superavit. In pugna ad Seminaram commissâ Ducem eorum cepit, ut in sequenti pugna in Calabria alter captus Dux, & Nemosinensis denique in pugna ad Cirinolam est occisus.

(63) De bello hoc contra Pontificem videatur præfatio.

(64) Bentivolii, postquam Bononiae Tyrannidem diu exercuerant, a Gallis, qui subsidium promiserant, derelicti, inde se (A. C. 1501) subducere cogebantur. Cives Pontificis tutelae se crediderunt, qui verus eorum evasit dominus, postquam veterum Privilegiorum ipsis nomina, cum externa quadam Libertatis specie, reliquerat. Sed, Anno 1511, ad Bentivolios, Gallis adjutos, iterum deficiebant, dum exercitus pontificius, non sine magno damno & periculo, noctu recedere coactus est. Secundâ tamen vice Papatui restituitur Bononia, ubi hodieque manet.

reptam? an (65) *Ravennatis* pugnae victoriam? At neque illud suppressite, arma CHRISTI vicario mota, signa in sedem *Apostolicam* illata, (66) *Schisma* in orthodoxa fide comparatum;

(65) Pugna illa prope Ravennam, quae certè cruenta fuit & pervicax, & in qua supra decem millia hominum ceciderunt, ipso paschatis die, Anno 1512, commissa est. Gallorum Imperator fuit Gastonus Foissius Dux Nivernensis, & Hispanorum Raimundus Cardona, regni Neapolitani prorex, cui suberat magni nominis Petrus a Navarra. Ravennam oppugnabat Nivernensis, & Hispanos, qui ad urbem liberandam adveniebant, in castris est adortus. Praeter ducem Ferrariensem habuit etiam in exercitu suo Cardinalem San-Severinum Concilii Pisani legatum; sicuti Cardinalis Mediceus, Romani Pontificis legatus, in altero fuit exercitu. Multi utrinque periere nobilissimi duces, at Petrus a Navarra cum aliis non paucis capitur. Germanorum & Itatorum, qui sub eis meruerant, virtute, Galli victores extiterunt; nam illo die Vascones & Picardi rem turpissimè gesserant. Sed dum Hispani servatis ordinibus retrocedebant, Nivernensis, qui si id pateretur victoriam suam minus absolutam fore rebatur, impetu ut eos perumperet incassum facto, occidit. Legatus Pontificis Concilii Legato dono offertur: & quidem, Ducum interemptorum habità ratione, victores quàm victi majori clade sunt affecti.

(66) Ludovicus duodecimus contra Julium  
secun-

ratum; tunc è pugna *Ravennati* hostium discordià, non vestra virtute,  
no-

secundum adeo fuit irritatus, ut de ejurando omni Romanae sedis obsequio aliquando cogitaret, & certè numisinata cudi fecit cum hoc symbolo, PERDAM BABYLONIS NOMEN. Gallicani Cleri Synodum (A. C. 1510) convocavit primùm Aureliae, deinde Caetaroduni Turonum; quasi materiam suppeditaturus Concilio, quod anno insequenti Pisis auspiciandum erat. Hujus Concilii Ludovicus praecipuus fuit autor & impulsor, Cardinalibus quibusdam adminiculantibus, quorum aliquos de Ecclesia reformanda cogitasse non negaverim, quamvis alios, ut suo aut gentis suae commodo inservirent, se turbis hisce immiscuisse, ultra quàm negari possit manifestum est. Utcunque hoc fiet, illuc Papa citatur, Cardinalibus (non sine gravi ratione) clamitantibus caput Ecclesiae, non minùs quàm ejus membra, Reformatione indigere, atque ipsum Julium Simoniae, (uti loquuntur Ecclesiastici) rapinarum, ac morum perditissimorum insimulantibus. Pontifex interea, ut his obviam iret, Concilium generale indixit, quod Romae (Anno. 1512) in aedibus Lateranis convenire debuit. Autoritatem suam esse omnibus Conciliis superiorem affirmabat, & adeousque ut nullum, se invito, jurè convocari possset. Quamobrem Pisanum Schismaticum esse Conciliabulum constanter pronunciavit, cujus itidem membra & fautores Haeticorum poenis subjecit, & a piorum coetu abactos voluit.

nomen vos tantùm & speciem victor-  
 riae, sed reipsâ magnam & funestif-  
 simam cladem retulisse, ac duplo ex  
 victoribus plures quàm ex victis ceci-  
 disse. Illud (nisi pudor obstat) ad-  
 dite, paulò post revocatis per CAE-  
 SAREM *Germanis*, quorum tantùm  
 virtute in *Italia* nomen *Gallicum* ste-  
 terat, parvâ extemplo manu (67)  
*Helvetiorum*, & illarum copiarum  
 metu quae in *Aquitaniam* ex *Brittan-*  
*nia*

(67) Magno argento a Rege nostro Helvetiis  
 promissò (A. C. 1513) si sub idem ferè tempus,  
 quo ipse copias in Gallia ad terram exponeret,  
 illi Burgundiam invaderent; ac Caesare quoque  
 se ducem illis futurum pollicente, fidem suam  
 Helvetiis quidem exactè liberarunt, & Divionem  
 usque agmine infesso penetrare. Tormentis  
 bellicis moenia concutere maximo impetu ince-  
 perant: quapropter Tremovillensis Dux, eâ le-  
 ge ut abscederent (etsi non reversuros se spon-  
 dere nolebant) obsides tradidit usque dum Rex  
 suus, omnibus super Ducatu Mediolanensiratio-  
 nibus dimissis, sexaginta millia nummùm Duca-  
 lium eis persolveret. Domum ergo se recipie-  
 bant, Caesarem graviter incusantes, quòd ipsis  
 Dux non adfuerat, & Regem Anglicum quòd  
 promissis de stipendio numerando minimè steterat.

*nia* missae sunt, *Gallos* perterritos ex possessione *Italiae*, aut ex Tyrannide potius excessisse. Video vos consultò illam expeditionem praeterire, quam olim contra (68) *Salsam Hispanorum* arcem ad imos *Pyrenaeos* positam suscepistis, unde statim, audito FERDINANDI Regis adventu, tam turpiter aufugistis quàm temerè veneratis. Sentio vos nolle meminisse claudis nuperrimè ad (69) *Novaram* accep-

(68) Salses arx ad ejusdem nominis lacum in comitatu Ruscinonensi ac in Catalauniae principatu sita est; sed quamvis a Gallis tunc capi non poterat, tamen (A. C. 1640) ipsis cessit, & huc usque in eorum potestate manet.

(69) Gallorum Rex, foedere cum Tarracoenensi Rege ac cum Venetis percusso, rursus exercitum in Italiam mandavit, &, locis omnibus quos ibi amiserat receptis praeter Comum & Novaram, haec urbs postremò dicta obsidione cingitur. Sed bellum a moenibus egregiè propulsabant Helvetii praesidarii, quasi recuperare velent gentis suae exillimationem, quae inibi nonnihil antea imminuta est, quando Ducis hujus, cui nunc opitulabantur, patrem prodidere. Portam versus inimicorum castra nunquam occludi passi sunt, & scalis admotis totius exercitus impetum intrepidè sustinere, ubi repulsi Galli obsidium illico solvere sunt coacti. Sed Helvetii, plu-

ceptae, dum iterum *Italiam* inauspicatò repetitis. Condonanda sunt haec vobis & plura etiam ejusmodi, dummodò ex omnibus, & quae memorastis, & quae memorare potestis, nullum alium percepisse fructum fateamini, praeterquam ex tota *Italia*, quam injustè occupare nitebamini, vos multis, & iis quidem insignibus acceptis cladibus, ejectos esse, ac intra veteres *Galliae* fines compulsos; *Galliam* (equis, viris, armis, fortunisque omnibus jam absumentis) veterem, tum

plurimorum ex popularibus suis, qui postero die erant adfuturi, non expectato adventu, primà post noctem adultam hora, sexto mensis Junii, Anno 1513, Novarà absque tormentis aut equis ad decem millia hominum sunt egressi, & Gallos in castris, duobus ab urbe millium passibus, nihil tale opinantes adoriuntur. Ad aliquod tempus strenuè se defendebant Galli, sed, tormentis & sarcinis omnibus amissis, tandem post cruentam pugnam penitus in fugam acti sunt. Ex Helvetiis ceciderunt circiter mille quingenti, inter quos Mottinus hujus praeclari facinoris autor. Ex Gallis desiderati supra decem millia; & ut res a Guicciardino narratur, Germani, qui sub eis meruerant, pugnantes, Gallique ipsi fugientes occubuerunt.



tum potentiam tum Gloriam amisisse ; Regem vestrum vietum , veternosum , senem , morbis confectum , doloribus collapsum , meritas insolentiae suae poenas dare , noctes ac dies prae morbi cruciatibus oblatrare , Diis denique ipsis & hominibus cunctis (70) invisum , aequè animo ac corpore prostratum jacere , nec sibi solùm & popularibus suis infaustum & inauspicatum , sed iis etiam omnibus quibuscum aut foedere aut societate conjunctus est : nam & Rex (71) *Navar-*

(70) Quamvis Ludovicus duodecimus pluribus ex vicinis , Italis praesertim , esset infestus , subditorum tamen commodò tantopere prospexit , & tam moderato usus est Regimine , ut vulgò ab illis *Pater Populi* appellaretur. Verùm , quoad recens aliquod exemplum cui haec Descriptio meliùs conveniat , aliis investigandum relinquo , utpote qui comparationes esse odiosas benè noverim.

(71) Heic loci Regi Jacobo secundo fatis in exilio functo , Duci Mantuano in eodem etiam statu mortuo , atque fratribus Electoribus Bavaro & Coloniensi jam profugis , paria conspicienda sunt exempla : ut ex pluribus aliis principibus nullum memorem , qui Gallis adhaerendo famae ac fortunarum jacturam fecit. De Rege verò Navarrae consulatur praefatio.

*varrae* ubi ejus partes sectari coepit, statim Regno & fortunis exutus est; & (72) *Veneti*, cum primùm foedus cum illo percussere, magnam haud multò post cladem a *Germanis* & *Hispanis* acceperunt; & Rex *Scotorum*, ubi ejusdem Regis *Galliae* furorem sequi voluit, in primo statim dementiae suae limine & copias pari-

(72) *Veneti*, foederibus cum *Hispanis* & Pontifice fusque deque habitis, cum *Gallis* (A. C. 1513) societatem incuntes, a *Verona* sunt propulsi; *Brixiam*, *Bergamum*, & alia quamplurima loca illis sunt erepta: ac universae eorum in continenti ditones populatae sunt & incendiis foedatae, ita ut fumus interdium & noctu flamma ex ipsis *Venetiis* conspici possent. *Germani* & *Hispani* tandem ad *Margeram*, in adverso litore positam, pervenerunt; ac decem illinc ingentibus tormentis contra urbem intonuere, propter famam potiùs facti, quàm ut *Venetiis* tam longè in mari distitis nocere sperarent. *Venetus* interea Imperator ut reditum illis, praedam praepeditis, absunderet, quasdam prope *Vincentiam* angustias cum Exercitu occupat. *Hispani* alia viâ praetergredi conabantur; sed, ad manus venire necessitate adacti, ita primum *Venetorum* impetum repellebant, ut, altero non tentato, omnes se continuò in fugam conjicerent, ac, tormentis & sarcinis relictis, inimicorum spolia auferent.

SED jamdiu *Gallos* gesta & laudes suas ac sui Regis commemorantes audivimus. Agite nunc, *Britan-*

(73) Dum Henricus octavus Teroanam (ut superius dictum est) oppugnaret, Jacobus quartus, Scotorum Rex, idemque fororis suae maritus, bellum ei denunciat, & Angliae fines cum quinquaginta aut pluribus hominum millibus ingreditur. Hovardus Surriensis Comes terram, mari autem filius ejus classis praefectus, ut copias ei objicerent, sunt profecti. Rex ad Fluidonem collem in Civiotae, montis Northumbriae, margine castrametatus est; ubi exercitum, Anglos tamen multitudine superantem, vallo circumdedit. Surriensis die solis cum per facialem certiozem fecit, si in Anglia tandiu morari auderet, se cum eo proximè insequentem Veneris die collatis signis certare velle. Thalassiarcha pariter, qui dudum ad terram applicuerat, se in primori acie versaturum pollicebatur, & nullius vitae, nisi fortè in ipsum Regem incideret, parere statuisse. Jacobus, magni animi Princeps, hunc nuncium libens audivit, ac pro responso dedit, se quidem conditiones istas cupidè accipere, & non modò non fidem falleret, sed quòd si adhuc Edinburgi perstitisset, res omnes relictas haberet ut praelio interesset. Comes deinde ut in planitiem descendere ipsum cogeret annisus est, quòd collis esset inaccessus, & hoc quidem vi promissi ab illo exigebat. Sed, parùm aequà  
hac

*tanni* ; proferte contrà Regem vestrum, & componite parem pari. Illi Regem suum in armis jactant confenuisse : vos Tyronem Regem vestrum non negabitis, sed ita Tyronem ut vires tum animi, tum corporis (quae illi seni jampridem sunt effoetae, ac indies fiunt exiliores) Tyroni vestro accrescant magis ac assurgant ; & quanto ille animo & corpore

hac postulatione non concessa, sic castra posuit Hovardus ut Scotorum comineatus interciperet. Rex capropter castra movet, at clivum semper tenet ; ubi nihilominus ab Anglis est impetitus, contra quos pertinacem & ancipitem sustinuit pugnam, ipso interea omnibus fortissimi Ducis & Militis strenuissimi fungente officiis ; donec infeliciter tandem interfectus est. Cum eo periere filius ipsius nothus Archiepiscopus Andrea-politanus, duo Episcopi, quatuor Abbates, maxima nobilium pars, & gregariorum militum circiter decem millia. Quidam numerum eorum exurgere faciunt ad duodecim millia, quod Scoti pro vero non admittunt, etsi cum Buchanano nos è nostris quinque millia desideratos agnoscamus. Regis cadaver proximo die reperi-tum, primò Neocastrum, Senam deinde in agro Surriensi deportatur, unde ad Divi Pauli transferendum curavit Henricus, a Pontifice ut id sibi liceret (quia sacris interdictus Jacobus obierat)

re indies fit dimiffior atque invalidior , tanto hic utroque fit alacrior & vegetior. Quin veluti orientem solem in horas magis ac magis conspicuum & ferventem fieri , contrà occidentem magis ac magis tenebri-  
 cofum & frigentem intuemur ; fic illum ad occasum ruentem omnibus animi , corporis , & fortunæ bonis deficere , hunc verò cunctis fortunæ muneribus , omni corporis & animi vi , cernimus cumulari. Rex vester auspiciatiffimis primordiis , hoc anno prima induens arma , hoftes omnes partim ductu , partim auspiciis fuis

at-

impetratâ licentia ; in cujus rei fidem Breve illud (uti Pontificale Refcriptum indigitant) datum vicesimo nono Novembris , in Archivis nostris , referente Herberto , etiamnum extat. Sed eâ lege hæc a Pontifice permiffa , ut Londinensis Epifcopus mortuum a peccatis primùm abfolveret , & deinde ut Henricus aliquam convenientem poenitentiam (quæ verba funt Refcripti) nomine ipfius adimpleret. Hæc omnia minutatim enarrare non ineptum duxi , propter fabulas de hujus Regis exitu a Scotis divulgatas , postquam vanas , quas per multos annos fovebant , expectationes de reditu ejus è nescio quibus latebris , frustra esse compererant.

attrivit ; ille hoc eodem anno jam belli invalidus, arma tamen iratis numinibus tractans, & se pariter & focios, infaustis suis auspiciis, atterendos hostibus praebuit. Huic vestro, vel qui eum numquam viderunt, omnes mortales favent & bene cupiunt, Togati, Milites, Equites, Pedites, Duces, Principes, Terra denique omnis, & ipsum Coelum (74) aspirat; ille (tanquam communis omnium hostis, & amicorum potiùs quàm hostium ruina) ab omnibus desertus, ab omnibus destitutus, tam sibi quàm fociis, tam suis quàm alienis, invisus, infensus, odiosus, & ominosus factus est.

## QUA-

(74) Quod ad Dei Auxilium ac bonorum omnium Benevolentiam attinet, magis graphicè quadrat haec descriptio in Annam Reginam. Et quamvis adolescentior esset tunc Henricus, illa tamen satis florenti gaudet aetate, ad reliqua contra Ludovicum decimumquartum, & (si placet) decimumquintum, feliciter perficienda. Quantum verò ad alia quae in hoc paragrafo sequuntur, olim dixi, & iterum repeto comparationes, etsi in omnibus congruentes, non rarè tamen esse odiosas.

QUAPROPTER (viri ornatissimi) cùm Cauſa belli, quae vos ad ſumendum haec arma compulſit, tam juſta ſit, tam pia, tam glorioſa, ut, ipſo Deo (cujus partes defenditis) & Spiritu Sancto autore, ſumta eſſe videantur; cùm ejuſdem Dei benignitate tantâ fortium militum (75) multitudine abundetis, ut, omnium gentium conſenſu, una *Britannia* fortiffimorum virorum inexhauſtum ſeminarium habeatur; cùm ingentibus divitiis, florentiffimis opibus, & cumulatiſſimis theſauris, tum inſula tota,

(75) Superiùs demonſtravi Incolarum frequentiam in quavis regione a libera Reipublicae forma omnino dependere. Quemadmodum autem & Patriae & Reipublicae tuendae ingens hominum multitudo eſt ſummè neceſſaria, ita non minus eſt utilis ut merces aliunde importatae conſumantur, & ut accuratè elaborentur exportatae; quo pacto omnes mercatus & emporia foris inſtruemus, & publicos privatoſque redditus domi augebimus. Propter has ergo ſimileſque rationes ſapientium ubique munus eſt Legislatorem, ut omne genus hominum ſedes ſuas apud ſe figere pelliciant; quod certè eveniet, ſi cuncti pariter civitate donati fuerint, nullâ ab illis exacta

ta, tum imprimis Rex vester exuberet; cum arma, equos, jumenta, currus, machinas, tormenta omnis generis, & quaecunque ad usum belli opportuna sunt, uberrimè jam parata sint; cum fortissimos ac rei bellicae peritissimos Duces, potentissimos Socios, bellicosissimos Principes, conjunctos foedere habeatis; cum Regem vobis divina benignitas dederit, cui ad summi Regis ac Imperatoris artes & numeros omnes implendos nihil deest, qui ad summum fortunae culmen (Deo ipso duce) sic pleno scandit gradu, veluti Rex hostium ex eo (reflante jam fortunâ) praecipiti ruit lapsu; cum denique

in

exacta conditione, quàm ut in leges civiles jurent, & Sacramento, quod dicitur Fidelitatis, sese obstringant. Nec ulla reverà mihi occurrit ratio, quare Londini suburbia non ab aliis Exteris aequè tutò ac a Gallis repleantur, cum idem secum opum, virium, & Industriae incrementum sint allaturi. Horum omnium posterius aequali jure censentur indigenae, & (meâ quidem sententia) quo major est advenarum diversitas, eo minùs possibilis est eorum contra veteres incolae conjuratio.



in aperto sit, cuncta quae suprâ memoravimus hostibus vestris aut deesse, aut longè deteriora, aut exigua esse: nonne apertè cognoscitis illam ipsam rerum cunctarum dominam OCCASIONEM, de qua in principio diximus, vobis (76) adesse? nonne illam videtis astare ante oculos vestros invitantem, hortantem, compellentem, ut arma sumatis, omissisque

(76) Gallicos apparatus nostris esse omni respectu deteriores, haud arduum est evincere. Nec luculentior debet hujus rei adhiberi Demonstratio, quàm insolitas & violentas animo recolere rationes, quas, ut copiis supplementum & accessio comparatur, usurpare hoc tempore coacti sunt: quod illis tamen bene cessurum non verosimile, cum nullus credere valeat, Tyrones, qui a Militia tantum abhorreere videntur, locum tueri posse contra Veteranos non pugnandi solum avidos, sed victoriae pariter securos. At hoc malorum extremum non est. Publicae Fidei Imminutio est rerum omnium Defectus. Quis (obsecro) ex ipsis indigenis adeo stolidus censendus, ut in Gallia Pecuniam suam ullo Collybo, Tabulisvè ullis, vel curandam committat vel augendam? postquam omnia hujus generis vadimonia tam saepe temerata, & tot viderit obaeratos ac perditos Trapezitas, non majori cum Aulæ infamiâ quàm detrimento. Perfidia etenim

que superiorum temporum institutis per otium & delicias aevi agendi, venationes, saltationes, commestationes, ac cetera id genus aliquantisper (77) seponatis? Videte (per Deos!) videte, quàm largâ manu, quàm pleno sinu offert vobis milites, socios, duces, apparatus, opes, thesauros, cuncta demum ejusmodi, qualia

nim toties repetita (quasi civilis quaedam Cachexia) morbum generat adeo inveteratum, ut omni politico Empirico sit prorsus immedicabilis: sicuti syngrapharum exemplo cernere est, quae ex officina monetaria emittuntur, & quibus proba & pristina existimatio nullo dolo, nullâ machinatione, nullo molimine unquam redintegrari potest.

(77) Tota haec Argumentorum repetitio, & quae eam excipiunt hortationes, tanti apud nos, & certè adhuc pluris, quàm apud majores nostros, ad Bellum contra Gallos persequendum valere debent: non respectu solùm habito ad socios quibuscum foedere jungimur, aut ad proprios Apparatus, Imperatores, & Milites, quibus praestantiores nec haberi nec expeti possunt; sed etiam quia haec occasio est omnium maximè opportuna, & quia Reginâ fruimur, quae tantùm abest ut Henrici exemplo Pecuniam publicam in nugatoria effundat spectacula, quòd revera è privatis redditibus erogat, quâ Causa Publica sustentetur.

lia neque plura neque majora vel ab ipso Deo votis exposci possent. Bone Deus! quàm clarè se vobis manifestam profert! quàm sonoro classico vos omnes excitat, atque ad se ipsam capeffendam invitat! Eja ergo (viri fortes) **EXPERGISCIMINI**, jam per deos **EXPERGISCIMINI!** & (quod primum **PRUDENTIAE** munus esse ostendimus) **OCCASIONEM** ultro se vobis offerentem agnoscite! regna, opes, dignitates, praefecturas, magistratus, gloriam, decus, quae vobis pollicetur, quae gestat in gremio, attendite, arripite, apprehendite! Haec nimirum illa **OCCASIO** est, quae **THEMISTOCLEM** (ut paulò ante dicebamus) omnibus, non *Athaenarum* modò, sed totius *Graeciae* Ducibus praetulit; haec quae **LUCIUM MARTIUM**, equitem tantùm *Romanum*, honore ac gloriâ summis Imperatoribus adaequavit; haec, inquam, quae *Athenas*, & *Graeciae* reliquum, contra *Barbarorum* inunda-

dationes tutata est; haec quae *Romanis*, non modò (78) utramque *Hispaniam* reddidit, sed sola orbis Terrarum largita Imperium est. Nolite, quaeso, illam pati è manibus vestris evolare, ne altera illa tardipes anus, quam (ut dixi) poetae **POENITENTIAM** nominant, jurè postea vos animi excruciet, & neglectae sororis accerrimas poenas exigat. Eja agite, iterum dico **EXPERGISCIMINI!** ac vires vestras alacriter exprimate. Quid Rex, quid Regnum, quid Princeps, quid Nobilitas *Britanniae*, quid demum ipsa *Britannia* possit, demonstrate. Nunc **ARCTURI**, nunc **RICARDI**, nunc **EDOARDI**, nunc **HENRICI** vos sobolem & posteros non indignos ostendite. Inspicite omnes Regem vestrum  
tan-

(78) Hispania, comprehensâ Portugallia, a Romanis primo in citeriorem & ulteriorem dividebatur; deinde in Tarraconensem, Baeticam, & Lusitaniam: unde hodierni Reges, tam in nummis quàm in actis publicis, se, non Hispaniae, sed Hispaniarum titulo insigniunt.

tanquam septentrionalis plagae alteram *Helicen*, & *Britanniae* vestrae peculiarem solem, qui se, qui vos, qui suos omnes perpetuo splendore illustrabit: cujus egregiam praeter ceteros principes formam, augustam dignitatem, corporis robur, eximiam agilitatem, praeclarum ingenium, insignem liberalitatem, intrepidum animum, plenos fortitudinis & confidentiae spiritus, plena solertiae ac sapientiae consilia, si quis rectè contemplantur & perpendet; quid aliud praeterquam divinum aliquem heroa, non ortum in terris, sed coelitus dimissum, (79) arbitrabitur? Hunc si operâ,

(79) Quibusdam erit fortassis admirationi, quomodo Henricus, princeps tantâ Doctrinâ & virtute praeditus, ac qui sibi (meritorum scilicet conscio) non hac peroratione adulari nove- rat Oratorem nostrum, qui nuper tam secundâ usus erat fortuna; quo pacto, inquam, evenit, ut stimulis hisce & laudibus obniti potuisset. Sed Rationes minimè contemnendas, cur hoc bellum persequi nollet, antea in medium adduximus; & sic omnino factum est, ut nec aulici nec milites de praefecturis, dominatibus, aut praediis in Gallia amplius quicquam cogitarent.

operà , consilio , animo ; industrià  
 vestra fovere velitis ; si ejus auspiciis,  
 fortunae , & rerum gerendarum OC-  
 CASIONI non deesse : primùm  
 vos ipsos opibus , divitiis , dominati-  
 bus , honore , gloriàque ditabitis ;  
 deinde Regem vestrum non modò  
*Galliae* ac omnibus vestris hostibus  
 dominantem , sed eà quoque (quae  
 inter principes *Christianos* , maxima  
 est) (80) dignitate ac Diademate  
 in-

(80) Maximilianus Caesar (ut diximus) di-  
 turna spe lætavit Henricum , quasi in ejus gra-  
 tiam se Imperio abdicaret ; quam conditionem  
 etiam de novo illi proposuit , Mense Maio,  
 1516, annis fermè tribus postquam haec acta esset  
 Oratio. Praeterea Ducatum ei Mediolanensem,  
 pactis quibusdam interpositis , obtulit ; atque  
 Inaugurationis in Italia modum , diem , & sum-  
 tus nominatim denotavit. Etsi vero per idem  
 tempus , ut id pro nepotibus Carolo & Ferdinan-  
 do consequeretur , omnem adhibuisset curam ;  
 nihilominus anno insequenti Regis nostri ambi-  
 tionem fovere nitebatur hac propositione , quam  
 vanam & callidè excogitatam esse tandem depre-  
 hendit : nimirum ut multo illum argento emun-  
 geret , aut ut foedera ab ipso pertractata prom-  
 tiùs approbaret. Veruntamen (si Herberto fi-  
 des) ex archivis nostris patet , Henricum , Ma-  
 ximiliani morte cognitâ , non omnem de Coro-

insignem propediem videbitis. Et quando tam divinam principis indolem non frustra inter mortales allapsam credi par est, aut hujus Regis ductu & virtute, aut nullius unquam alterius, orientales plagas & sacrosanctum Redemptoris nostri (81) Sepulcrum in *Christianam* ditionem rediturum satis exploratum habetote.

## D I X I.

na Imperiali spem abjecisse, sed negotium hoc per legatum agitasse in Electoralibus comitiis, unde suffragia quaedam promissa, donec Carolus contra omnes competidores actum esset electus.

(81) Illo tempore, & multo quidem antea, maximi esse credebatur momenti, si ab Infidelium Imperio (etli contra Gentium jus) subtrahi Judaea posset: non secus ac si, de isto terrarum angulo concertando, ageretur de Religionis Christianae veritate; aut tanquam Liberators nostri corpus etiamnum jaceret in sepulchro illo, quod Peregrinis a Monachis pro vili nummulo commonstratur Hierosolymis. Sed ut praetextus hucce augendae Pontificis & Cleri potestati magnopere inservit; sic principes non defuere qui eadem arte eorum animos occuparent, quos ex improvise aggredi jam ante destinaverant.

## F I N I S.

GALLUS  
ARETALOGUS  
ODIUM ORBIS & LUDIBRIUM.

S I V E

Gallantis Mercurii gallantissimus  
scriptor vapulans.

---

*Vaniloquum Celtæ genus. Sil. Ital. 1. 8.*

E 2





V I R O

Philalethi & Philobiblo

LAURENTIO JACOBO ARMINIO


J. U. D.

JACOBI ARMINII,

Praestantissimi ac sempiterni nominis  
Theologi, pronepoti,

S. P. D.

JOANNES TOLANDUS.

UOD non magis eminentissimi  
*Sedunensis* scribendi ratione  
capiaris (ARMINI) & meri-  
to oblecteris, quàm, propter miran-  
dam inter ipsius ORATIONEM  
& res gestas nostri temporis congruen-  
tiam, attonitus sis quodammodo &  
stupefactus; id ego omne (sicuti sanè  
debi) peracri tuo limatoque judicio  
ascribere non dubitabam. Sed ut be-

E 3

ne-

nevolentiae tantum & benignitati tuae, quod aliquid Dissertationi praeliminari & Annotationibus meis tribuere velis, acceptum refero; sic ne mihi ipsi assentari videar, quando post *Britannicae* Reipublicae me *Batavicae* diois studere libertati, quod pro palam etiam agnosco, non verebor. Ast de his in praesens silentium: de aliis autem liberius, ut solemus inter nos, nec sine flosculis philologicis copiosius differendum.

QUOD secunda haec editio, eâ, quae *Londini* ante biennium facta, venustior sit & emendatior, WETSTENIO gratias referre debes: & quamvis tam in Notis quàm in Dissertatione pauca quaedam, pro jure meo, ubi deficere vel redundare videbantur, addidi aut subduxi; in rerum tamen summâ nihil usquam immutatum, unde quodnam fuerit auctori nomen, sicut antea, incertum reliqui, fidentius in hac epistola locuturus. Quae me ergo rationes adduxerunt, ut

ORA-

ORATIONEM hanc MATTHAEO SCHINERO imputarem, in Dissertatione jamdudum vidisti: sed conjecturis, utcunque felicibus, demum ablegatis, velim scias, me plurimas exinde epistolas ipsius manu ad regis HENRICI ministros exaratas perlegisse; &, ut alios taceam idoneos scriptores, qui perhibent illum eo tempore legationem obiisse in *Anglia*, idem planè a ROBERTO COTTONO, in *Diatriba de foederibus inter Angliae reges & domus Austriacae principes initis vel ineundis*, affirmatur. COTTONUS hic, si nescis ARMINI, vir fuit equestris ordinis, illustrissimus Senator & antiquitatum mirificè studiosus, quo in genere literarum non Anglos solùm omnes populares suos, sed (ut ex librorum manu scriptorum ab ipso collecta Bibliotheca, non alibi aequiparandà, patet) aliòs pariter omnium gentium antiquarios longo post se reliquit intervallo.

PRAETER certissima apud me  
E 4 do-

documenta, quibus *Sedunensem* Cardinalem ORATIONIS toties memoratae autorem esse evincitur, alium adhuc tractatulum *De perfidia Principum*, ab eodem paulò post adornatum, habeo. Huic libello conscribendo ansam dedit potissimam insignis FERDINANDI praevaricatio, MAXIMILIANI summa negligentia, FRANCISCI levitas pudenda, notissima LEONIS fluctuatio, & HENRICI nimia facilitas. Ut comparatae sunt res humanae, nunquam intempestiva futura est hujusce Dissertationis editio; quamvis manibus duntaxat curiosorum esset terenda, si uni aut alteri principi in *Europa*, quos nominare jam non necesse est, aequè ac Reginae nostrae & vestris ordinibus, cordi esse videretur publica privataque fides. Aliquando tamen (Deo favente) prodibit Annotationibus nostris illustrata, & cum auctoris vita praefixa.

IIS interea quae de ipso olim commentatus sum pauca haec, ex CIACCO-

CONIO aliisque, adjicere non pigebit. Erat origine, ut dixi, *Sedunensis*, & humili genere apud *Gomesanos* in vico *Mulibacho* natus. *Seduni* studiis itemque *Tiguri* laudabilem navavit operam, incredibili memoriâ & diligentia præditus; sed rei familiaris angustiis fortiter emergenti tam iniquè obtantibus, ut hymnos ad victum comparandum, pro more pauperum illarum regionum scholasticorum, ostiatim decantaret. At, sicuti a Natura felicioribus cujuscunque gentis aut fortis ingeniis aditus est ad virtutem patefactus; sic noster, postquam ad aliquod tempus ignobilis vici curam gesserat, creatus est primò *Sedunensis*, deinde verò *Novariensis* Episcopus, ac postremo loco *Romanae* Ecclesiae Cardinalis. Pluribus est functus legationibus, non in *Britannia* modò, *Italia*, & *Helvetia*, sed ad *Caesarem* etiam & universum Imperium *Germanicum*. Praeliis adesse solitus est equo cataphracto insidens, gladium in dextra manu, in sinistra crucem tenens,

& rubro galero longè conspicuus: cùm esset *vir* (ut bene notat (1) CIACCONIUS) *inter exactae virtutis Imperatores, potiùs quàm inter Senatores numerandus.* Ex inope autem & pannofo ad supremam tandem principis dignitatem (unde minùs tales mireris rerum conversiones) pervenit; Episcopus enim *Sedunensis* Comes atque Praefectus *Vallesiae* nominatur, summamque (teste (2) SIMLERO) tam in Ecclesiasticis quàm in civilibus rebus auctoritatem obtinet. Jus itidem praefereudi gladii, & alia principum Imperii privilegia olim a CAROLO magno *Sedunensibus* donata perhibentur, Quae antea verò nescio quo fabuloso nitebantur fundamento, confirmata tamen a CAROLO quarto, *eadem renovata sunt & aucta* (inquit (3) SIMLERUS) a CAROLO quinto Imperatore, qui libenter hoc dedit precibus MATTHAEI SCHINERI, *Episcopi & Car-*

(1) De vitis Pontificum in Jul. 2.

(2) De Rep. Helvet. l. 1.

(3) Ibid. l. 2.

*Cardinalis optimè de se meriti. Romae,*  
anno a CHRISTO nato 1522, sub  
ADRIANO sexto, supremum diem  
obiit, & in Ecclesia *Teutonicorum* ja-  
cet sepultus. In insulae sancti JULII  
palatio, quod in Dioecesi *Novariensi*  
situm est, sic ad insignia ipsius parieti  
afficta leguntur honorum (4) tituli:  
MATTHAEUS titulo sanctae POTENTIA-  
NAE Cardinalis, Episcopus *Novariensis*  
& *Catarensis*, Marchio *Viglevani*,  
Comes & Praefectus *Vallesiae*. Sufficiant  
itaque haec, usque dum praefatum DE  
PERFIDIA PRINCIPUM sermonem  
publici juris fecerim. Ad alia jam per-  
gendum.

GRATULANTI quòd in prima  
editione, plura, quae ex eo tempore  
tam in *Anglia* quàm alibi terrarum  
e venerint, praedixeram, gratias ago  
tibi quàm maximas. At ubicunque  
eadem est praesidentium & subdito-  
rum utilitas atque commodum; ubi  
unicuique etiam privato homini ea,  
quae

(4) Ciacc. ubi supra.



quae e Republica esse credat , non apertè solùm proponere licet ( quod in omnibus liberis civitatibus fieri debet) sed modestè quoque de pravè stabilitis quiritari, modò legibus quas approbare nequit morigerum sese gerat usque dum ritè abrogari possint, est permissum: in talibus (inquam) regionibus neque animam suam Diis inferis devovere, neque primas apud superos tenere quisquam est censendus, ut in rebus scilicet plerisque metam attingat, ac ut politicam hujusmodi scientiam consequatur. Quae de pace disceptavi, inferiùs iterum leviter perstringam. In ea fui tunc sententia, ut in unum alterumvè annum universum de pace negotium differri maluerim, nec argumenta in id a me prolata minùs nunc valitura fortè reperies.

CIVITATIS per omnes ditiones *Britannicas* indeterminata donatio, cui suadendae introducendaeque totis in pagina 58<sup>va</sup>. incumbendam viribus, jampridem ad umbilicum auspiciatissimè  
mè

mè perducta est. Statim subsequebatur *Hollandia*; & consilium quod sapienter, ut omnia, anno 1672 inchoatum, nunc denuo perfectum est. Quam felix idcirco & splendidus nobis illuxit ille dies, cum vel ipsis hostibus recipiendis augeatur utraque Respublica! Dices ergo mecum (optime LAURENTI) ut ego cum (5) CICERONE, *defendo rem universam, nullam esse gentem ex omni regione terrarum, neque tam dissidentem a Populo Romano odio quodam atque dissidio, neque tam fide benevolentiaque conjunctam, ex qua nobis interdictum sit, ut neque adsciscere civem, aut civitate donare possimus.* Sique insipientes quidam & malevoli homines, vel utriusque Reipublicae rebus prosperis invidentes, vel suum privatum commodum publico bono anteponentes, aspernari pergant (uti inceperunt) advenarum nuperorum mediocritatem & inopiam; nullus dubito quin supremi utrinque magistratus eosdem sint imi-

(5) Orat. pro L. Cor. Balbo, c. 13.

imitaturi (6) Romanos, qui cives undique fortes viros adsciverunt, & hominum ignobilium virtutem per saepe nobilitatis inertiae praetulerunt. Habeant tantummodo capita ad excogitandum apta, manus quibus strenuè operentur, ventres cibariorum appetentes, corpora vestitus indigentia, pedes denique quibus ab uno se ad alium transferant laborem; & nihili mehercule interest quàm pauperes quàm ignobiles adveniant.

ANGLIAE & Scotiae in unum Regnum coalitio (de qua pagina 21<sup>ma</sup>.) ab illo itidem tempore perfecta est; non majore cum Reginae gloria & immortalis celebritate, quàm ipsarum nationum autoritate, opulentia, tranquillitate, futura. Scotia, fateor, non aspectu tam amoena, non coeli temperie aequae ac Anglia beata, neque frugum usque adeo ferax habetur: sed multis tamen, iisque non spernendis, tam infra quàm supra terrae superficiem

(6) Ibid. c. 22.

ciem gaudet opibus ; portibus ac situ commercio , maximè verò piscatui, opportuna est ; & , quod omnes poterit refarcire defectus , patriciis, equitibus, plebeiis undiquaque exuberat , qui ab omni aevo sunt adeo fortes, animosi, sagaces , ut rerum in bello gestarum famâ, literarum humaniorum culturâ, & artium etiam mechanicarum peritiâ, paucis oppidò ex gentibus vicinis primas cedant. Quanta igitur ab illorum ingeniis & solertia experientiae nostrae & industriae virium accessio obventura est ! tanta certè, ut eam imminuere vel politicè occultare minimè gentium anniter ; sed cum (7) VIRGILIO potiùs laetanter exclamem ,

- - - *Teucrum comitantibus armis,  
Punica se quantum attollet gloria  
rebus !*

At quòd neque vobis neque aliis quibuscunque liberis populis ullum hinc immineat periculum ; quòdque Monarchiam nescio qualem maritimam  
no-

(7) Aen. 1. 4. v. 48.

nobis arroganter vindicare (sicuti *Galli* hactenus terrestrem) nunquam serid in animum induximus, omnibus quantumvis invitis reddam manifestum, in alio opere cujus sub fine hujus epistolae meminero:

(8) *Nam quantum ferro, tantum pietate potentes*

*Stamus; victrices temperat ira manus.*

Communis nostrae utilitatis rationes nimis bene perspectas habemus, ut talibus utamur consiliis, quae ad exitum perducere non magis impossibile, quam in ipso instituto sunt vanissima, & nostratibus plus quam vicinis nocitura.

IN Dissertationis praeliminaris pagina vicesima prima adhaec declaravi, victorias a nobis in *Belgio* olim reportatas in causa fuisse, ut *Galli* prorsus ex *Italia* ejicerentur; *velut & idem ibidem* (addebam ego) *si non jam factum, brevi futurum speramus.* Speranti

(8) Propert. l. 3. El. 20. v. 21.

ranti itaque non defuit optatus eventus, quoniam virtute ac fortunà maximi & celebratissimi Imperatoris, EUGENII nempe *Sabaudiae* Principis, paulo post tempore omnes quaecunque *Domus Austriacae* in *Italia* ditiones (*Gallis* nullo non occurfu pulsas, caesis, fugatis) in integrum sunt dominis legitimis recuperatae. Quid autem de tali tantoque Duce ipse sentiam, quid ipsi fateantur hostes & inimici, quid totus quantus quantus est terrarum orbis proclamet, notiora tibi sunt omnia, quàm ut in iis significandis operà mea vel alterius cujusquam indigeas. Non fraudandus tamen est invictissimus heros suo praeconio, nec a nobis in praesens sine summo piaculo silendus. Sed quum nec ego certè, qui ingenii mei & orationis tenuitatem optimè noverim; neque alius praeterea quisquam inter nobilissimos nostri temporis scriptores sit ipsius laudibus pro merito dicendis aequalis: consentaneum itaque videtur ut ab auctore (quot quot sunt, fuerunt,  
F erunt)

erunt) disertissimo fit debitis ornan-  
 dus elogiis. Quae quidem admodum  
 rhetoricè in CNAEUM POMPEIUM, vi-  
 rum reverà magnum, a (9) CICERONE  
 dicta sunt, ea nunc per me ad strictae  
 veritatis normam accomodabuntur  
 EUGENIO, qui suo genere perfectus  
 est omnino & incomparabilis. *Quid  
 enim abest huic homini, quod, si ad-  
 esset, jure hoc tribui & concedi puta-  
 remus? Ususne rerum? qui pueritiae  
 tempus extremum principium habuit  
 bellorum atque imperiorum maximo-  
 rum; cujus plerique aequales minùs  
 saepe castra viderunt, quàm hic trium-  
 phavit; qui tot habet triumphos, quot  
 sunt orae partesque terrarum; tot vi-  
 ctorias bellicas, quot sunt in rerum  
 natura genera bellorum. An ingenium?  
 cum etiam ipsi casus eventusque rerum,  
 non duces, sed comites ejus consiliorum  
 fuerint; in quo uno ita summa fortuna  
 cum summa virtute certavit, ut om-  
 nium judicio plus homini quàm Deae  
 tribueretur. An pudor, an integritas,*  
 an

(9) Orat. pro L. Cor. Balbo. c. 4.

*an religio in eo, an diligentia unquam requisita est? quem provinciae nostrae, quem liberi populi, quem reges, quem exterarum gentes castiorem, moderatiorem, sanctiorem, non modò viderunt, sed aut sperando unquam aut optando cogitaverunt. Quid dicam de autoritate? quae tanta est, quanta in his virtutibus & laudibus esse debet. nec ullius profectò unquam in omni seculorum serie apud plures aut potentiores gentes (locis, indole, religionibus, nimirum quantum disitis) tanti valuit autoritas, quanti vel ipsum EUGENII nomen; quod fausto quodam omine consilium, victoriam, triumphum secum quaquaaversum portare creditur.*

VERUNTAMEN non ipse duntaxat, sed MARLBURIUS insuper *Mindelhemii* princeps, quem ego jamdudum in Dissertatione praeliminari & Annotationibus iis quibus debui prosequutus sum encomiis, perquam contumeliosè nuper habiti sunt, eorumque famae claritas indignissimis



modis lacerata est a veteratore quodam *Gallo*, & plusquam puerilium ineptiarum per multos annos famosissimo propolâ, qui verè (ita me Deus amet) ac sine ullo Gallicismo est *Mercurii gallantis* ceritus & vesanus auctor. Sed quid *MARLBURIOS* dicam & *EUGENIOS*? in augustissimum quippe Imperatorem & Imperium, in Serenissimam magnae *Britanniae* reginam, in praepotentes *Belgii* foederati ordines, in illustrissimos *Germaniae* principes, in maximasque simul & florentissimas quibus praesunt gentes & populos, auritulus ille summâ quadam ac nativâ impudentia insanire, furere, debacchari non est veritus. Faceffat tamen hinc aliquantisper, & quodnam fuerit *Gallis* per aliquot retro annos agendi ingenium, breviter & absque partium studiis expendamus.

**NEMINEM** credo tam ineptum fore, qui vel sibi ipsi confingat, vel aliis persuadere speret, me contra omnes omnium seculorum *Gallos* atram  
ferre

ferre sententiam in animo habere: quis enim est qui nesciat, *Galliam* coelo frui saluberrimo, soloque non magis amoeno quàm foecundo; incolis, ut semper, abundare, ac longè lateque fines suos protendere? quis est qui nesciat, *Gallos* nunquam non armorum gloriâ, literarum monumentis, & aliis factis egregiis inclaruisse? quis denique ignorat, hoc ipso tempore in *Gallia* plurimos reperiri omnium ordinum (etsi non tam magno ac olim numero) viros dignissimos, spectatissimos? Hoc nihilominus tueri ausim, omnibusque rem attentius perpendentibus per se ipsum innotescit; cuncta scilicet apud eos in pejus prolapsa, ac omnino miserandum in modum everfa esse, ex quo avitam libertatem cum herili dominatione commutarunt. Hinc pro vera doctrina sophistica viget affectatio, pro rebus & sensibus verborum venditantur phalerae & lenocinia, populationes non pugnae celebrantur, dolus in pactionibus non fides laudatur, & pro legitimis hono-

F 3

ribus

ribus venales conféruntur vanique tituli: hinc, ut verbo dicam, virtuti nuntio remisso (quis etenim in tyrannide virtutem colat?) pro gloria gloriola obtinet. Haec sunt reipublicae non gentis vitia, non naturae sed disciplinae. Veruntamen prae omnibus & prae aliis istiusmodi sese prodit corruptela in hodiernis *Gallorum* scriptoribus, qui (quod magis magisque invalescit) plerique evadunt méri nugatores, perfunctorii rerum exploratores, enarratores mirè loquacissimi, intolerandi sui suorumque jactatores. Et quam, quaeso, ratione aliter fieri potest? praesertim cùm in Philosophicis, Politicis, & Theologicis (quae terna sunt omnis fructuosae scientiae promptuaria) neque loquendi, ulla neque scribendi reliqua sit libertas. Ad certam normam pro regentium arbitrio constitutam, non ad veri neque verosimilis trutinam; omnium de rebus omnibus sententiae exiguntur. Mirum itaque ni mirificè consentiant. Hoc tamen intra pauxillum tem-

temporis spatium ipsam ferè cogitandi facultatem extinguit, & quasi menti callum inducit, unde faciliè in fervile prolabuntur ingenium. Rebus ergo sic stantibus, potissimum scribendi argumentum non erit: veritatis investigatio, quae sibi sola merces; sed principum atque magnatum, qui victum praebent & vestimentum, assentatio.

VERUM enimvero, quod reliquis adhuc pejus, adeo non vident miseri in quo sint positi statu, ut, inter omnes orbis habitatores, se solos urbanos, eruditos, argutos credant. Incredibile dictu, quantopere se ingeniique sui foetus suspiciant; quantâ inscitia & protervia plerasque alias nationes despiciant: non tantum pro stupidis, incultis, immo pro barbaris eas habentes, sed disertis etiam verbis eas hisce insignientes epithetis, quasi tot stigmatibus inurentes. Sed suffenus quidam Jesuita BUHURSIUS, tam vacuus rerum quam est verborum

calamistratorum profusus, ausus in dubium (10) vocare, num subtili & eleganti ingenio praeditus esse possit homo *Germanus*? sibi que ipse respondens, illud non sine miraculo aut prodigio fieri posse; sic a doctissimo & perpolitoviro JOANNE FRIDERICO CRAMERO est (11) acceptus, ut meritas hercle easque acerbissimas luerit poenas, non superioribus modò ac inferioribus *Germanis*, sed reliquis praeterea gentibus septentrionalibus, quas ridicula eadem & injusta censura notavit impudentissimus scurra. CRAMERO, tam aequum ferenti de *Britannorum* ingenio & lingua iudicium, gratias, uti par est, agimus amplissimas. Dolendum, quod inter poetas nostrates non innotuerit illi incomparabilis MILTONUS, cui stupendae eruditionis *Germanus* polyhistor, MORHOFFIUS, prae *Gallis* uni-

(10) Entretien d'Eugene & d'Ariste sur le Bel Esprit.

(11) In Vindiciis nominis Germanici contra quosdam obtretractores Gallos.

universis primas (12) concedit. *Et sane* (inquit ille) *ut in Epico carminum genere* JOANNIS MILTONI *insigne poema, PARADISUS AMISSUS, Gallos omnes in Epicis infeliciores longo post se intervallo reliquit; ita & DRYDENI, aliorumque nonnullorum, dramata, palmam iis si non praeripere, profectò admodum dubiam reddere, possunt.* Praecipui jamdudum horum studiorum coryphaei, ex iisque non pauci principum legibus solutorum subditi, decreverunt, immanè quantum (sive masculà facundia sive *Latini* sermonis puritate) antecellat MILTONUS *Gallico* HERCULI SALMASIO, qui Regem non poterat defendere, quin una eademque operâ foede convitiaretur Anglis, quos *molossis suis ferociores*, ipsosque, pro solitâ arrogantia, molossos vocat. Nec mirandum certè si leporibus videantur terribiles molossi; quod ut olim perfaepe, sic hodieque magno suo malo experiuntur SALMASII populares. *Nemo tamen feroces*

F 5

dixe-

(12) Polyhist. Literar. tom. 2. l. 4. §. 19.

*dixerit Gallos, fraudibus agunt, quod multis retro seculis observatum Romanis, & a LUCIO FLORO posteritati (13) traditum.*

NEC inde solum quòd liberè quae sentiant non audent scribere, evenit, ut tam nullius sint pretii & momenti plerique libri *Gallici*. Linguam suam maximopere enervarunt, inopemque supra quam dici potest redderunt, nimis delicati & scrupulosi Critici. Virguncularum pupis nunquam tam saepe induuntur exuuntur vestes, ac illius linguae ornamenta & idiomata mutata sunt. Sic simias audivi simios suos tam frequenter & tam arctè ambabus ulnis complecti, ut eos prae nimio tandem amore enecent. Si RICHELIO Cardinali, Academiam *Gallicam* instituenti, id in consiliis fuit, (quod a viris usu rerum exercitatissimis perhibetur) ut acria & excellentia ingenia a rerum praestantium, politicarum praesertim, contemplatione

tione abduceret, & verborum quif-  
quiliis contentionibusque infinitis im-  
plicaret, res ei ad miraculum usque  
ex sententia successit. Quo autem nu-  
merosiores sunt Academicorum *Ob-*  
*servationes*, eo angustioribus lingua  
includitur cancellis & coercetur;

- - - (14) *Tanta est quaerendi cura  
decoris?*

Neque in doctioribus linguis feliciùs  
contingit, ut videre est ex miserrimis  
illis pannosorum centonum confarci-  
natoribus (si unum aut alterum exce-  
peris) qui auctores classicos in usum  
ferenissimi DELPHINI commentati  
sunt. At hi jampridem poenas dederunt  
viris clarissimis CLERICO, GRO-  
NOVIO, BROUCCHUSIO, aliisque;  
ut & CRECIO nostrati vapulabat LU-  
CRETIANI carminis incaestator FAYUS.  
Alius quoque ejusdem nominis, sed  
disparis studii, mihi nescio qua sorte  
corripiendus obtigit. Animalculum  
istud a levitate papilionem, ab aculeo  
quamvis hebeti apem fuisse credidi:  
fed

(14) Juvenal. Sat. 6. v. 501.



fed alarum deficiente elegantiâ , & fordibus prae floribus appetitis, floribus verò fastiditis fed contaminatis, muscam effe omnino reperi. Quenquam fore rerum tam ignarum vix cenfuerim, qui de Refponfo mihi al- laborandum iudicet. Muscario tamen utendum, o Musca.

(15) *Contra nos tela ifta tua vitamus  
amictu,*

*At fixus noftris tu dabi' fup-  
plicium.*

Occafionem nempe quam optabam lubens arripio, qua meam de vera Religione fententiam dilucidè patefaciam, quaque Theologos a Theologaftris opportunè diftinguam; ut, horum utilitate & praefantiâ, illorum autem artibus ac indignitate prae omnium oculis propofitis, *Defenfio* mea jure merito infcribatur **THEOLOGASTER.**

UT jam ad alteras noftras delicias, praeclarum illum Hermeticum Areta-

(15) Catul. Ep. 117. v. 7.

talogum, tandem redeamus, ingenuè (quod mireris) agnoscit homo callidissimus, LUDOVICUM magnum nunquam de reddendo *Hispanias* aut *Indias* CAROLO tertio cogitasse; sed in eo toto fuisse ut tempus saltem protraheret, quo meliùs titubantis PHILIPPI *Andegavensis* folio stabiliendo inferviret. Sic LUDOVICUS undecimus in difficillimis olim rebus, nec multùm absimilibus, promptus omnia spondens, *nihil tamen* (ipsius confidente (16) Historico) *restituere in animo habuit; futurum sperans, ut casu aliquo improvise retinere posset, quae ex pacis conditionibus dedere & derelinquere cogeretur.*

(17) *Sed vobis facile est verba & componere fraudes.*

In nupero Tractatu praeliminari, *Hagae-Comitis* habito, articulus erat praecipuus atque primarius, cujus unice consequendi gratiâ totum (fermè dixerim) hoc bellum est susceptum, & abf-

(16) Matthieu Hist. de Louis XI. l. 5. p. 239.

(17) Propert. l. 2. El. 7. v. 69.

abſque quo nulla unquam de pace ſpes futura eſt, ut ab *Hiſpanici* nimirum Imperii uſurpatione & dominatu abſcedentes *Galli*, legitimis ex Domo *Auſtriacâ* hæredibus in integrum reſtituendum eſſet. Aſſenſere *TORCIUS* & *RUILLETUS*. Durum tamen hoc & inauditum, non *MERCURIUS* ſolum, ſed ipſe *JUPITER Gallicanus* plus vice ſimplici exclamat: ut turbas nempe quas excitavi ſedare cogaris, & ut ſuum cuique (quod leges diuinæ & humanæ ſuadent) reddas, hoc durum, hoc inauditum eſt. *Gallos*, fateor, nullo ævo nimis propenſos fuiſſe (de Regibus loquor) ut iis, quos injuriâ affeciſſent, jus ſuum tribuerent: ſed non hoc primùm tempore id inviſi facere adigebantur. Unicum e multis adducam exemplum. Poſtquam *LUDOVICUS* undecimus modò memoratus, per clandestinos internuncios, & cives ſuarum partium fautores, urbis & agri *Leodicenſis* incolas, tunc potentiffimos, ad apertam contra *BURGUNDUM* defectionem

nem incitarat; reflante subito fortuna, ut refert (18) MATTHAEUS, cujus verbis utor, *coactus est (& nullâ majori necessitate ullus Rex compulsus esse potest) in belli gerendi societatem venire contra Leodicenses, qui se suasque res tutelae ipsius & praesidio commiserunt.* Confirmat hoc COMINAEI oculati testis autoritas, simileque prorsus & parallelum est iis omnibus quae nunc temporis a LUDOVICO decimo quarto tam aequâ ratione exiguntur: utrùm enim per tuos nepotes an per quosvis alios rebellare facias alienae Reipublicae cives, nihil refert.

QUOD duriùs adhuc & minùs tolerandum censet LUDOVICUS, foederatos petere ut non verbo sed re ipsâ (urbibus scilicet & propugnaculis munitissimis in antecessum traditis) Pacis sponsio integra fixaque conservetur; quid dicturus, quantopere conquesturus? si foederati, velut in *Leodicensi* isto bello factum (19) est,

am-

(18) Lib. 4. p. 18. (19) Id. ibid. p. 191.

amplius postularent (*solenni jurejurando prius interposito*) ut, *Rege pactorum fidem unquam fallente, omnes subditi ab obsequio ei praestando impostorum soluti forent, & BURGUNDI sociorumque partibus, usque dum ad saniora rediret consilia, adhaerere obstricti essent.* Hoc toties violata foedera, hoc renunciaciones pro nihilo habitae, hoc sacramentorum profanatio, hoc promissa millies Iudificata requirunt. (20) *Quid, si ne potest quidem ulla esse pax? quae enim est conditio pacis, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest?* Non *Artesia* provincia; nam (MATTHAEO, quem toties laudavimus, (21) iudicante) *Comites Flandriae, si illam non habeant, sunt tantum semiprincipes, & eapropter precario regnaturi.* Quid plura? ipsos audimus confitentes *Gallos Artesiam* (quod quidem verissimum) optimum esse contra impetus eorum & insidias repagulum. Non *Indiarum*, non *Hispaniarum* vel minima

(20) Cic. Philip. 12. c. 5. (21) Lib. 9. p. 432.

ma portiuncula concedenda; nisi *Europae* aequilibrium & orbis commercium prodituri simus censendi. Non *Siciliae* regnum, non Ducatus *Mediolanensis*; nisi tam infausto exemplo quoscunque ambitionis fidere afflatos principes, involare per fas & nefas velimus in vicinorum possessiones. Tandem ejciantur licet, partem tamen aliquam sibi retinebunt; quod est impotentium animorum cupiditatem irritare, & praemium sceleri constituere. Audiamus contrarium sapienter consiliantem (22) PHAEDRUM; tuque arrectis auribus attende, CAROLE, vosque *Carolini* asseclae.

*Laceratus quidam morsu vehementis  
canis,*

*Tinctum cruore panem misit malefico,  
Audierat esse quod remedium vulneris.*

*Tunc sic Aesopus: noli coram pluribus  
Hoc facere canibus, ne nos vivos devorent,*

*Quum scierint esse tale culpae praemium.*

G

Non

(22) L. 2. fab. 3.

Non otiosus iis immorabor quae vel mulierculae norunt: *Romanam* Sedem, si regnum *Neapolitanum* PHILIPPO concedatur, ad *Gallorum* nutum & arbitrium futuram; commercium nostrum per omne mare mediterraneum, ad *Afros* usque & *Asiaticos*, aequè incertum, infructuosum, & periculis obnoxium fore, ac si *Gallis* utraque cessisset *Hispania*; omnem inter *Austriacos* principes in *Germania* & *Hispania* consiliorum, immo & literarum (si ita hostibus visum fuerit) participationem in totum abruptam; *Venetis*, si non servitutum, gravem tamen metum & terrorem perpetuò incubiturum: ut mille millies pejora inde consecutura taceam, si *Neapolitano*, ex quorundam sententia, *Siciliae* quoque regnum esset adjiciendum.

QUID ergo? inquires, chare LAURENTI. nullae-ne tibi pacis conditiones placiturae? nullae futurae satis stabiles & aequae? nullae in aevum accipiendae? Absit a me talis ingenii  
 fac-

faevitia, & animus in genus humanum tam hostilis. Bellum ita gerimus ut pacem consequamur: sed magni omnino interest quocum, quo tempore, quibus pactis, quibus conciliatoribus facienda sit. *Gallorum* perfidiam in nuperissimo tractandae pacis negotio recolas parumper apud te & excutias; perpendas etiam praesentem illorum statum, respectu habito ad milites, annonam, commeatus, apparatus bellicos, & pecuniam imprimis, qua ista omnia comparantur: tunc fortè dicturus es, quod (23) CICERO de eadem regione suo tempore pronuntiavit. *Una atque altera aestas vel metu, vel spe, vel poenâ, vel praemiis, vel armis, vel legibus, potest totam Galliam sempiternis vinculis adstringere: implicitae vero res & acerbae si erunt relictae, quanquam sunt accisae, tamen efferent se aliquando, & ad renovandum bellum revirescent. Gallorum res, utcunque accisae, non implicitas & imperfectas (ut in pace*

G 2

*Resvi-*

(23) Orat. de Provin. Consular. c. 14.



*Resvicensi*) relinqui vellem; cùm Ludovicus omne suum tempus, veluti tunc factum, non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi, sit collaturus. Ne cuivis ex foederatis excidat patientia, neutiquam timendum. Permaneant tantùm in sententia victores, quascunque voluerint conditiones invito seni actutum & ocyus extorquebit subditorum calamitas.

(24) *Det libertatem fandi, flatusque remittat;*

Et quilibet eorum, si illos, qui ex tyrannide quaestum faciunt, exceperis, confestim exclamabit:

(25) *Quid miseros toties in aperta pericula cives*

*Projicis? O Latio caput horum & causa malorum!*

*Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.*

An *Galliam*, quaeso, fortiri nos aut penitus excindere in consiliis habemus? An totam a CAESARE aut SABAUDO occupatam cupitis vos? Minimè gentium.

(24) Virg. Aen. l. 11. v. 346. (25) ibid. v. 359.

tium. Quid ergo? Ne nimis deprimatur fortè metuimus. Sed ejusmodi metus praeceps equidem & inconsultus est. Utrisque longè potentiores erant *Romani*. CICERO tamen, cujus autoritas multùm in hac re valere debet, potuit suo aevo (26) dicere: *nemo sapienter de Republica nostra cogitavit jam inde a principio hujus Imperii, quin Galliam maximè timendam huic Imperio putaret*. Idem omnino de vestra simul & de nostra Republica sentiendum puto.

CAUSA belli non alia nobis quàm domi Libertas, foris aequalitas; quarum neutra diuturna futura, si communem hostem nimis potentem sinimus. Quo animo credis ipsum *Hagae-Comitis* de Pace ineunda nuperrimè retulisse? non eo certè ut cum utrislibet amicitiam colere, sed ut ab invicem nos sejungere, si quomodo fieri posset, elaboravit; fretus nimirum & confidens (quamvis longè opinione falsus) certis superiorum temporum consiliis;

G 3

non

(26) Orat. de Provin. Consular. c. 13.

non rationibus dicam, quae cum autoribus suis jam penitus extincta sunt. Totus verò *Gallorum* in negotio isto procurando scopus, facilè ex *DEVISEI* libello famoso perspiciendus est. *Batavos* quasi *Britannorum* aemulos, *Britannos* quinetiam *Batavis* suspectos, & domum *Austriacam* utrisque formidandam exhibere conati sunt. Non ex orco tantùm apud *Batavos* de provinciarum summo constituendo Praefecto & Moderatore partium revocare studia, sed quòd *Britanni* rebus hisce parum amicè sese immiscere vellent, falsò persuadere moliti: ut nobis scilicet par pari referre, in controversiis de jure successionis exortis vel exoriundis, essetis meritò cupidissimi. Summos imperatores, *EUGENIUM* & *MARLBURIUM*, bellum (quod ex eorum arbitrio nullatenus pendet) indubitatè perpetuaturos, neque aliter commodè vitam toleraturos si artem suam non exercent, orbi cuncto praedicare sustinuerunt. Serenissimam insuper *Britanniarum* Regiam,

nam, & illustrissimos *Batavorum* Administratores, in pace locum suum & auctoritatem minimè tueri posse affirmarunt. Ingentia, nescio quae, secum meditari augustissimum JOSEPHUM; potentissimos *Germaniae* principes, lucrum ex copiis auxiliaribus acceptum, patriae propriaeque tranquillitati anteferre, non dubitarunt.

HAEC atque hujusmodi mendaciorum plaustra contra foederatos principes, duces, populos stolidè & (ut isti solent) verbosè, ausus est effutire DEVEISEUS iste, faceti (si Diis placet) *Mercurii* inficetus auctor; futilissimus profectò scribillator, ac Regià auctoritate mensurus nugivendulus, qui,

(27) *ridens catuli ore Gallicani*,  
otio suo non minùs quam alieno tam  
petulanter abutitur. Idem de illo nuperrimè tulit judicium inclytus Regis  
*Gallici* a secretis administer TORCIUS.  
Nec duriùs pronuntiasse videbitur

G 4 BRUIE-

(27) Catul. Ep. 46. v. 9.

BRUIERIUS, haud imperitus ingeniorum aestimator, qui in rerum univrsarum ferie secundum ipsi post merum nihil attribuit ordinem. Si venales ergo (utcuñque literatos) SALMASIOS, aut cerebrofos homines SOBBIERIOS, *Galli* sint iterum in scenam producturi, ut gentem nostram probris & convitiis plusquam muliebriter proscindant; non deerunt certè MILTONI vindices, non elegantissimi ROFFENSES: sique GUIETUS fortè aliquis redivivus, aut delicatulus *Loyolita* BUHURSIUS, *Germanos* utrosque non stupiditatis tantummodo & inveniusti ingenii, sed barbariei etiam (ut diximus) impudenter insimulare non erubescant; minimè defuturi sunt PERIZONII & CRAMERI, acerrimi simul & dignissimi suorum defensores, *Gallicae* autem vaniloquentiae castigatores ornatissimi.

PUTIDAM *Gallorum* philautiam, & portentosam sanè affectationem, plus satis confirmant ista, quae foederatis

ratis

ratis objecta modò memoravi. Reliqui (quis neget?) mortales homunciones sunt bardi & insensati. Proletarii attamen nostrates, vel maximè tralatitii, tam exilem & araneosam irridere solent versutiam sive vafritiem, quae apud scitulos illos politica auditur scientia. Aequè liberaliter nobis & amanter confidatis (ARMINI) ac nos sumus de vestra benevolentia certissimi: tertia (crede mihi) nullibi existit, quae nobis officere poterit, civitas; non princepsullus, non monarcha nocebit. Utinam per aliquot saltem dies in *Britannia* hac aetate fuisses, ut laetus audires quantum èximiae consiliorum vestrorum prudentiae, providentiae penè divinae, magnanimaeque hactenus constantiae ubique plauditur: speciatim intelligeres, quantum vigilantiae, industriae, perspicacitati, probitati, summo denique magni HEYNSII judicio passim tribuitur; cui, non minùs quàm nostris legatis, in hac communi omnium regum & populorum causa fi-

dendum unanimes censemus. Vicinis tam bene de nobis toties merentibus, quibusque ob plures gravissimas causas omnia fausta semper optanda, haud quaquam invidemus; miramur potiùs vestrae florentissimae Reipublicae non alibi visenda miracula, quorum recensendorum aliàs dabitur occasio magis opportuna. Non possum tamen quin heic loci adducam Hexastichon a celeberrimo viro ARCHIBALDO PITCARNIO, non ita pridem in Academia *Lugduno-Batavâ* Medicinae Professore, *Edinburgi* verò in patria sua nunc habitanti, concinnatum.

*Tellurem fecere Dii, sua littora Belgae;  
Immensaeque labor molis uterque  
fuit.*

*Dii vacuo sparsas glomerarunt aethere  
terras,*

*Nil quoniam coeptis posset obesse suis.  
Ast Batavis Coelum, Pelagus, Natura  
raque rerum*

*Obstant: obstantes hi domuere Deos.  
Jovem-utpote, NEPTUNUM, &  
PLUTONEM intellige, si OREM (quod  
eò-*

eòdem redit) non malueris. SANNAZARII in urbem *Venetam* Hexasticho, inventionis tantùm glorià, cedere videtur hocce PITCARNI carmen; ceteroquin excellentius, ut mea fert sententia, & multò excelsius.

SED missis hisce, clarius est quàm ut argumentis evinci indigeat, nos, post tam ingentes sanguinis & auri sumtus factos, ne vel pedem latum extra nostras insulas (quas alium orbem bene dixeris) uspiam in *Europa* nobis vindicare; neque ad fines prolatandos, aliorumve possessiones occupandas, unquam aspirare: sed ita laborare, ut inter alios principes, potentiores praecipuè & maximè formidandos, necessarium conservemus aequilibrium; utque vestrum simul & nostrum asseramus commercium, in quibus omnibus obeundis strenuè vos, fideliter, & perquam fortiter navatis operam. Nullas ergo in ditionem redigere provincias, nostratum non minùs quam exterorum calamitate  
par-



partas, concupiscimus: sed ut quilibet magnae *Britanniae* Monarcha cum HENRICO octavo dicat semper atque sentiat, CUI ADHAEREO, PRAEEST, hoc enixè volumus, hoc solùm optamus.

LIBERTATEM nostram ab omni aevo, non contra externos duntaxat usurpatores, sed contra domesticos etiam principes, legibus solutos iri percipientes, viriliter tutati sumus. Arma hoc nomine saepiùs suscepta, semper prospera: nam scire velim, (28) *quae causa justior est belli gerendi quàm servitutis depulsio? in qua, etiamsi non sit molestus Dominus; tamen est miserrimum posse, si velit.* Perduelles, crudeles, mutabiles, nos appellitent licet teterrima mancipia DE VISEUS, JORDANUS iste qui *Luxemburgi* edit *Musaeorum claviculam*, declamatores quidam cucullati, infiniti alii tenebriones; risum hoc & fastidium parturiet, sed nos a fixo ratoque liber-

(28) Cic. Philip. 8. c. 4.

bertatis augendae conservandae proposito nunquam dimovebit. Adeo non crudeles sumus, ut contra quam alibi fieri assolet, neminem ad quaestionem adripi, aut ullo modo torqueri, patiantur leges patriae; ipsique *Galli* generosos nos, & clementissimos hostes quotidie experiuntur. Neque varii sumus aut mutabiles, quod saepenumero nobis a rerum imperitis objectum, vel ab illis potius qui in sua ipsorum libertate tuenda ignaviores inventi sunt aut magis venales; quum nos ex adverso, non constantes modò, sed pertinaces etiam ritè habendi simus. Quoties Tyrannidis affectatores in hanc vel illam partem obvertebant tormenta, toties nos munimenta & propugnacula vel instauravimus (ut res exigebat) vel immutavimus: (29) *semper enim, ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodare, naturà instruente, didicimus.* Libertas verò aequis legibus munita, quo-

(29) Id. Orat. pro lege Manil. c. 20.

quotiescunque de Jurium nostrorum & consuetudinum salute contendere oportuit, non pro meta solum, sed etiam pro cynosura nobis fuit. Libertas pulcherrima illa diva est, cujus gratiam & amorem sollicitè semper ambivit praepotens insularum Genius, cuique tandem quasi connubio indissolubili aeternum conjunctus est; unde *Libertatem* & *Britanniam* synonyma prorsus & aequipollentia verba reputes. Non veretur castissima haec matrona ne liberi sui non avidissimè gloriam appetant, cum hoc sit illis ab ipsa coeli folique natura insitum. Sed ne foris contagii quidquam aut vitii cives peregrinantes contrahant, neve domi reges aliquid se supra leges posse exoptent, talibus verbis cujuscunque ordinis *Britannum* ab ipsis continuo incunabulis docet & admonet; (30) *illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriae, gloriosum putes, plus te unum posse quam omnes, & metui a civibus tuis quam diligi malis. Quod si ita putas,*

(30) Cic. Phil. I. c. 14.

tas, totam ignoras viam gloriae. Carum esse civem, bene de Republica mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est: metui verò & in odio esse, invidiosum, detestabile, imbecillum, caductum. Haec etiam Hollandiae, Britanniae nostrae sororis charissimae, ad suos est dignissimos filios feria adhortantis & incitantis vox. Si ad quasdam alias te conferas regiones, ubi regibus voluntas pro ratione est, ubi ordinibus nulla est in abdicandis aut coërcendis magistratibus potestas, ibique de Monarcha quidpiam sciscitare volueris; statim miserandus incola, si VIRGILIUM unquam legisse contigit, hoc (31) disticho tibi respondebit.

*Quid memorem infandas caedes, quid  
facta Tyranni*

*Effera? Dii capiti ipsius generique  
reservent.*

Imprecationem hanc a superis multoties exauditam legimus, at tot seculorum experientia nunquam sapientiores factos invenimus Tyrannos.

VE.

(31) Virg. Aen. l. 8. v. 483.

VERUM enimvero si *Galli* jam tandem pacis; quas largimur conditiones, expetant ultro & amplectantur, aliud adhuc circa *Sedunensis* ORATIONEM maximè notandum advenit; bellum, videlicet contra LUDOVICUM decimumquartum a *Tornaco* recepto terminaturum iri, sicut ab eadem urbe capta bellum olim contra LUDOVICUM undecimum est confectum. Non quoquo modo arbitraberis, quòd superstitione aliqua tactus hujusmodi eventus animadverterim; cùm in rerum vicissitudine infinità similes omnino casus frequenter, imo & necessariò, contingere non ignores. Sed quandocunque de pacis negotio ferìò futurus est conventus, nequaquam diffido, quin, multifarià *Gallorum* perfidia edocti, opinionem de nobis concipiant longè discrepantem ab illa, quam scriptores inter eos non infimae notae tradiderunt; quod an minùs consideratè vel magis impudenter factum, nescio. *Angli* (inquit (32) PHILIP-

LIP-

(32) Lib. 4. c. 9.

LIPPUS COMINAEUS ) in foederibus conficiendis , ut & in legatorum colloca- tionibus , non adeo sunt ac Galli subti- les , & ( quicquid in contrarium rege- ri possit ) satis crassâ Minerva sese talibus accingunt negotiis : sed leniter cum il- lis & patienter agere oportet , non a- criter aut iracundè disceptare. Ne hoc faciant cavebunt certè , si sapiunt , Galli. At sinceritatem nostram sim- plicitatem , non magis quàm simulatio- nem suam sapientiam , appellare de- buerunt. Non valde tamen miran- dum , si COMINAEUS , domini sui clementissimi simul ac patriae olim liberrimae proditor , quantâcunque illos contumeliâ afficiat , qui cautis hominibus non callidis , politicis non pertidis approbatores esse consuescunt. Videtis interea ( amice ) quàm inve- terata sit haec in gentem nostram ca- lumnia Gallorum , quibus ista perpetuò sunt in ore ; Anglos bello strenuè parto- rum in pace tractanda jacturam inscitè facere , manu licet saepiùs victores , in- genio tamen plerumque victos , hisque

similia, quae bonam fidem & candorem nostrum, illorum verò dolum malum & fallaciam, apprimè denotant. Neque dubito, quin hoc ipso tempore regi persuadeant astutiores aulici (licet artes eorum exploratae sint aliis omnibus & perspectae) se nos suaviter inefatos atque delusos brevi habituros, uti non semel hac aestate id efficere frustra tentarunt. Fidem nihilo secius adhibebit adulatoribus suis LUDOVICUS, verissimè siquidem dixit (33) JUVENALIS,

- - - *Nihil est quod credere de se  
Non possit, cum laudatur, Diis ae-  
qua potestas.*

Assentatorum haec & palponum natio detestabilis, procaciores itidem alii atque praesidentes, belli isti homunculi & dicaculi, qui ingenii cultum muliercularum lectulis assidentes capiunt, in causa potissimum sunt, quòd apud exteros paenè omnes tam malè audiant *Galli*, illisque magna ex parte odiosi

(33) Sat. 4. v. 70.

odiosi sint ac ingrati. Gravissimos porro scriptores *Gallos* in testes allegare possem, qui populares suos, Juvenes imprimis, praecipites, temerarios, protervos, ventosos, instabiles esse pronuntiarunt: quàm verè ipsi viderint.

**ABSIT** tamen (veluti jam saepè dixi) ut digniores inclytæ gentis, & multis nominibus quantivis pretii viros, eadem hac censurâ involvamus; illos praesertim excipio, quorum plures mihi notissimi sunt, qui libertatem non licentiam unicè spirant, & qui *Galliam* suam tyrannide subversam inviti ejurarunt. Neque pessimorum istorum numero iniquè habendi sunt illi, qui propter religionis causam supplices, extorres, patriâ pulsi, sedes sibi in aliis terris elegerunt. Sed quid patriam dico? cùm *Gallia* ipsis non patria sanè, sed crudelissima extiterit noverca. Vera patria est, ubi civitate donati bene beatèque vivere poterunt. Si aliqui seu verbis, seu scriptis, seu aliâ agendi ratione in-



consultà, se *Gallos* semper permansuros ostendunt; non aliud ipsis ob hanc vecordiam gravius malum, quàm ut in *Galliam* sint iterum ablegati, imprecor.

VERUM sunt alterius farinae homines, quorum satis numerosa turba ex *Gallia*, hirundinum more, quotannis advolat; quique domi solos esse urbanitatis arbitros, foris solertes morum agrestium emollitores, ubique autem callentissimos vestitus omnis & ornatus fabros, sese jactitant. At si locum quem in aliis regionibus tuentur paululum inspexeris, de *Graecis* illis velis nolis cogitabis, qui belli & pacis artibus quondam clarissimi, post libertatem amissam abjectissimi evaserunt adultores, despiciatissimi sophistae. Sic *Gallos* nostros (peritissimos incultarum gentium expolitores) pantomimos, saltatores, coquos, pincernas, factores, cubicularios, pedisequos, pedagogos, esse invenies. Servi quidem ipsi, sed confer-

fervis insolenter imperitantes. Audiamus (34) Satyricum.

*Viscera magnarum domuum, domini-  
que futuri;*

*Ingenium velox, audacia perdita,  
sermo*

*Promptus & Isaeo torrentior. Ede  
quid illum*

*Esse putes? quemvis hominem secum  
attulit ad nos:*

*Grammaticus, rhetor, geometres,  
pictor, alyptes,*

*Augur, schoenobates, medicus,  
magus, omnia novit*

*Graeculus esuriens; in coelum, jussu-  
ris, ibit.*

Cum autem corruptio haec ex tyrannide necessario sit exorta, si modestiam qualicumque uti vellent, nemo non commiseratione prae contemptu digniores arbitraretur.

SED hisce omnibus pro hac vice dimissis, quid est, obsecro, quod DEIVSEUS, vel alius quicumque Gal-

H 3 *licum*

(34) Juvenal. Sat. 3. v. 72.

*licum* mancipium, allegare possit; ut infimo persuadeat opifici nos contra potentiam vestram aut libertatem quidquam molituros esse? Toti terrarum orbi notum est, vosque ipsi grato semper animo recognoscitis, quantum libertati *Batavicae* asserendae contulerit ELIZABETHA Regina; quod quidem beneficium, vos periturae nostrae libertati non ita pridem succurrentes, amplissimè compensastis. Nec minùs adhuc notum est, ejusdem Reginae summum apud vos copiarum praefectum LEICESTRIUM, dominaeque suae, quòd rem non parum intendit, gratiosissimum; hunc, inquam, cum tyrannicum, quem in aliis repressit, principatum, sibi exercendum duxisset, non *Anglis* solummodo fastiditum & execratum, sed tantà etiam offensa Reginae & dedignatione ab imperio revocatum, ut pristinum apud illam recuperare favorem nunquam valeret. Quid de mutuis, iisque infinitis, exinde officii dicam? Ast *Anglorum* tria contra vos atrocia bella declamant

tant *Galli*. Atrocia fortè , non diurna ; tria , sed in tres annos non duratura , concesserim. A quibus autem *Anglis* gesta sunt ? Primum bellum a propriae Reipublicae everforibus , a civilium quorumcunque munerum in-vasoribus , a perduellibus denique & impiis regicidis , illatum est : quamvis enim MILTONI doctrinam , subtilitatem , facundiam , & *Defensionem* illam , quam pro patria sua adversus alienum & importunum Grammaticum adornavit , admirari soleo , ipsam tamen scribendi causam neutiquam approbare licet ; & fac ita esse ut Tyrannus sit judicandus CAROLUS , de capite tamen ipsius aut fortunis per leges istis judicare non competebar. Proximum bellum ab *Anglorum* rege non diffitemur indictum , & inchoabatur a perditissimis aulicis , qui aliter autoritatem suam apud pellices regias sustentare non poterant : sed reliquis *Anglis* usque adeo invitis , ut , sumtibus in id omnibus ac supplementis liquidò pernegatis , regeque officii

fui acriter admonito, ad pacem tandem constituendam suaderent ipsum & impellerent. Non rerum praeteritarum ignorantia aut oblivione evenit, quod bellum hocce a rege *Gallico* incitatum, enutritum, accensum, haud meminerim; ut mutuis nempe ictibus debilitati, facilius utrisque superior evaderet, vel potius ut ambas republicas funditus deleret. Non obliviscor profecto, neque bonus ullus sive *Batavus* homo sive *Britannus* obliviscitur. Plures namque ejusmodi molitiones in tertio bello anni 1672, & alias *Gallorum* sceleratissimas subinde machinationes (*Anglis* tunc quoque ultra solitum regi suo adversantibus) optimè novimus. Luculentis praeter haec, si opus esset, argumentis demonstrare possem, si *CAROLUS* subditorum petitionibus non ocyùs aures advertisset; imo si prae se non tulisset arma vobiscum, *Gallo* pacem respuente, consociaturum, e folio ipsum exturbatum iri, pessimosque Consiliarios praemia ab inimicis accepta  
im-

impurissimo luituros fanguine. Nam, ut ex omni occasione animum meum deprehendas aequiorè, regem hunc, nec-obstante tributo quod debitum aliàs obtendimus, pudendum fuisse *Gallis* stipendiarium non inficias ihero. Sed idem hoc (ARMINI) ex aliorum diversissimà agendi ratione in summum gentis nostrae decus cedit. Bellum itaque vicinis, triumphandi aut depraedandi causà, nunquam inferre statuunt *Britanni*; istud enim eis cum populo *Romano* proprium est, (35) *longè a domo bellare, & propugnaculis imperii sociorum fortunas, non sua tecta defendere.* Non ignoras autem quanto apparatu & artificio de tribus hisce bellis obstreperint illi, qui alios omnes homines stipites prae se & fungos censere solent. Sed de iisdem adhuc bellis, de aemulatione circa commercium praeteritâ vel futurâ, deque aure non temerè mercatorum utrinque querimoniis praebenda, fusè

H 5                      dif-

(35) Cic. Orat. pro lege Manil. c. 12.

differendum in *Epistolis* illis, quarum mentio statim facienda est.

QUOAD benevolentiam nostram fidem mihi non difficulter adhibebis, si semel in animum inducas, quo magis rebus vestris adsimus & faveamus, eo magis nostrae nos saluti & tranquillitati firmandae desudaturos. Nonne sententia illorum qui, anno 1701, suadebant ut accessio in hoc bello non caput, ut adjuutores non auctores essemus; in comitiis nostris non majorem indignationem quam contemptum repudiata est? nonne ipsi suasores vel studio vel mercede in *Gallos* propensiores ab omnibus ferè suspecti? nonne vulgus etiam universum exclamabat, illos qui opprimi vos, moras neſtendo, patirentur, traditores habendos; ac nihil aliud intendere, quam ut fociis fractis, dirutis propugnaculis, aditus in viscera nostra hosti patefieret? Iterum atque iterum testor numen senatus populique *Anglicani* laeto illo atque felicissimo die, quando

do non solum res vestras a suis indivul-  
sas esse nobilissimo suffragio tulerunt,  
sanxerunt, promulgarunt; sed nunquam se arma deposituros, donec idoneum & validissimum assequeremini contra *Gallos* repagulum, decreverunt. Neminem in *Belgio* foederato reperiri concedo, qui ab eo die fidem nostram in officiis praestandis inconcussam, optimum erga socios animum, incredibilem in sumtibus & difficultatibus omnibus perferendis constantiam, non magnifice praedicet & agnoscat. Sed *Gallorum* conductitii emissarii (fautores enim hic nullos habent) suggerere plus semel ausi sunt, tale repagulum, tam necessarium vobis & expectatum, neque libenter nos visuros, aut ab aliis suppeditari passuros, si vel arte hoc vel Marte fieri poterit. Praeter solos *Gallos* nulli mortalium absurdissima haec, & secum tam insigniter repugnantia, allegare in animum inducerent: si vestra etenim nostrae reipublicae propugnaculum habenda (sicuti est revera) anni.



nimis ne munita sit & circumsepta extimescimus? cùm potiùs ut ita parata quamprimùm existat, id quod etiam facimus, omni nobis opere annitendum sit. Postea verò quàm articuli (ut vocantur) praeliminarii in cunctorum manibus versentur, soli facem praeferre viderer, si istiusmodi praeificarum naeniis diutiùs refellendis immorari vellem. Hoc veruntamen privatus homo spondere ausim, nullam unquam pacem a vestris rationibus separatam *Britannos* inituros; neque ullam cujusmodicunque pacem, absque praeliminaribus saltem articulis in antecessum comprobatis, largituros.

SED quid articulos hosce dico? cùm si ritè consideremus quantum a finitimis omnibus *Galli* usurpaverint, quantumque adhucdum sibimet retineant, articulorum certè paucitatem miraremur, nisi locum ulterioribus postulationibus definitè perspiceremus relictum. Nullum fore arbitror tam in Geographia hospitem, qui, agro *Ar-*  
te-

*tesiensis* & *Cameracensis* a *Gallis* occupato, *Flandriam* in tuto esse positam credat. Hoc, ut antea notavi, non ipsi diffitentur hostes. Ducatus *Luxemburgicus* non magis est *Germaniae* superioris quàm inferiori necessarius obex. Non *Argentoratum* solummodo & tota *Alsatia*, sed tres itidem Episcopatus integri, Comitatus *Burgundiae*, & viae militares in *Lotharingia* reddenda sunt, si *Germanicum* Imperium salvum velimus & incolume. Aequè conducibile futurum eidem Imperio censeamus oportet, ut sui juris sit, & quasi e tutela excedat, *Lotharingiae* Dux; ac ut *Sabaudiae* Dux, sua defendendo augendo, *Italiam* etiam protegere potis sit. Ut rem totam tribus verbis expediam, aut in eo statu sumus ut haec exigere valeamus, aut omnino non sumus. Si reapse ita sumus fortes & felices, non video cur non omnia simul & semel repetenda sint; nisi, quod *Galli* obganniunt, quæstum ex novo bello facturi videamur. Sin hoc non falsissimum modò, sed contra  
 om-

omnem etiam verisimilitudinem ob-  
jectum, & conditionibus hisce exigen-  
dis (ut simulant) non insistere possimus;  
cur ulla de pace verba facimus? quum  
*Galli* nondum adeo fracti sint & de-  
bilitati, ut *Europae* tranquillitatem  
non pro lubitu conturbent & evertant.

QUIN omnibus cum regiâ *Saba-*  
*diae* Ducis celsitudine pactis firmiter  
staturi simus, nullus dubito, cum ille  
nobis tam fideliter haecenus adhae-  
ferit. Nec unquam sanè, ut cunque  
vulgus hominum ex conjecturis ab  
exteriori rerum cortice ductis judi-  
cet, a partibus nostris discessit: tem-  
pori (uti debuit) rationes suas ac-  
commodavit, sed nihil inconsulto  
gloriosissimo rege GULIELMO per-  
egit. Bone Deus! quàm maximi no-  
bis momenti erat armorum ista so-  
cietas! & respectu equidem habito ad  
implicatissimum illius temporis sta-  
tum, ac filiarum deinde connubiis ad-  
aequum ponderatis, solus AMEDEUS  
ingenio tam acri & excelso est, tantâ-  
que

que sapientiâ praeditus, ut filios, quibus etiam prospiciendum, sibi relictos meminisse potuerit. An non serenissimus quoque Palatinus Elector (ut nullum ex conterminis alium nomen) tam luculenter causae communi promovendae inserviit, ac tam bene de foederatis omnibus meritus est; ut, ultra justissimam dignitatis restitutionem, fines pariter suos fartos tectos conservare possit contra hostem, non sibi tantum insensissimum; sed qui nulli unquam pacto, nulli promisso, nulli iurijurando (seu verbo dato seu scripto) stetisse inventus est? Quod non unâ vice caedes, incendia, vastationes Palatinatui crudeliter intulerit, nonne prae mera rabie id egerat, etsi aliud obtendens, quia fortissimum Electorem ad suas pertrahere partes (sicuti quosdam alios in *Germania* principes) nullis minis, nullis illecebris, neque metu ullo neque spe obiecta, potuerat? Nemo hercule ex omnibus foederatis tam foeda tam dira passus est; & usque adeo, ut avi-  
tà

tà regia expulsus in extremas ditiones profugere coactus sit. Tam intemeratà nihilo fecius & tam inconcussà fide inclaruit, ut militares copias a propriarum terrarum praesidio ad alias regiones longissimè diffitas, quando-cunque hoc communi Causae proficuum videbatur, lubenter amandaret.

QUANDO his omnibus quae recitavi satis prospectum fuerit, tunc quidem, sed non antea, tutò cum *Gallis* pacem contrahere possumus. Dicamus interea tam *Britanni* omnes quàm *Batavi*: (38) *magnâ nos quidem spe, & propè exploratâ, Libertatis causam suscepimus. Sed ut concedam incertos exitus esse belli, Martemque communem; tamen pro Libertate, vitæ periculo, decertandum est: non enim in spiritu vita est, sed ea nulla est omnino servienti. Omnes nationes servitutem ferre possunt, nostra civitas non potest: nec ullam aliam ob causam, nisi quòd illac laborem doloremque fugiunt, quibus*

(38) Cic. Philip. 10. c. 10.

bus ut careant, omnia perpeti possunt. Nos ita a majoribus instituti atque imbuti sumus, ut omnia consilia atque facta ad virtutem & dignitatem referamus. Ita praeclara est recuperatio Libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda Libertate fugienda. Quod si immortalitas consequeretur praesentis periculi fugam, tamen eo magis ea fugienda videretur, quo diuturnior servitus esset. Cum verò dies & noctes omnia nos undique fata circumstent, non est viri, minimèque Romani, dubitare, eum spiritum, quem naturae quis debeat, patriae reddere. Concurritur undique ad commune incendium extinguendum; faciamus itaque ut nunquam iteratà vice erumpat haec flamma, né redeat aliquando & revirescat Gallica illa pestis, quod antenus jam sedata, sed ad interitum, si sapiamus, perducenda.

QUOD politicas nostras cum Gallicis rationes attinet, homines ipsos colere & amare, imperii formam odio

internecino prosequi possum. Hoc sensu omnibus *Britannis*, quos patulis auribus spero auscultaturos, consultus edico;

- - - (37) *Stirpem & genus omne futurum*

*Exercete odiis:*

vel ut idem VIRGILIUS paulò inferioriùs (38) cecinit,

*Littora littoribus contraria, fluctibus undas*

*Imprecor, arma armis; pugnent ipsique nepotes.*

Pugnent licet & insipientur, nullo nomine superiores nobis fieri unquam poterunt, si dissidium aliquod, sive foris vobiscum (quod avertat Deus) sive domi inter ipsos concives, non contingat. Attamen si animo tecum agites, quantum a paucis retro annis emendata sit & in melius provecta nostra Respublica; quantâ gloria & om-

(37) Virg. Aen. l. 4. v. 622. (38) ibid. v. 628.

omnium subjectorum approbatione regnet ANNA invictissima; qualia quantaque nobis expectanda veniant a regnaturae domus *Hanoveranae* principibus, quibus nulla profectò in terris regio humaniores, sapientiores, fortiores aut vidit unquam aut protulit: quàm maturè (inquam) suis haec momenti ponderes obsecro, & domesticas exinde discordias vix ac ne vix quidem metuendas nobis censebis. Certae quaedam sunt contentionum species haud inutiles Reipublicae, si non etiam necessariae; dum laudabilem inter cives bene faciendi excitant aemulationem, & idoneam virtuti ac industriae exercitationem comparant. Non spernendam Libertati nostrae factam esse accessionem, ex partium studiis inter regiones (quos vocant) & populares, possem hic demonstrare, ni brevis esse cuperem. Sed, ut maximi quod usquam extitit imperii maximus innuit Magistratus, (39) *conten-*

(39) Cic. Orat. pro L. Cor. Balbo. c. 27.



*tio tam diu sapiens est , quamdiu aut proficit aliquid ; aut , si non proficit , non obest civitati.* Factionibus ergo longiùs progredientibus sapienter obistere, & fortiter repugnare debent omnes omnium ordinum probati cives.

MAGNIS multisque rationibus inductus, aliquod ullius momenti diffidium inter vestram Rempublicam atque nostram exoriturum , non pertimesco. Ut amicitiae autem in aeternum utrinque conservandae, utriusque optimè cupiens, symbolam meam qualemcunque conferam ; binas (quòd antea bis monui) intra breve tempus sum editurus Epistolas , easque, ut latior pateat usus , lingua *Gallicá* conscriptas : in *Belgicam* inde vertendas , & in *Anglia* demum *Anglicè* excudendas , curabo. Has non sponte solùm, omnibus subsidiis instructus, adorno ; sed eorum etiam hortatu, quibus tale aliquid neque denegare certè debeo neque possum. Prima Epistola *clarissimè demonstrabit magnae*  
Bri-

Britanniae Belgique *foederati incolarum utilitates, non minus esse in pace quam in bello indivulsas prorsus & inseparabiles*; eoque fine scripta est, ut *omni inter ipsos sive de commercio sive de principatu pravae aemulationi tempestivè occurratur: speciatim verò, ut vulgaria praejudicia circa piscatum aut maris imperium utrinque ex animis hominum penitus evellantur.* Secunda Epistola *serenissimae familiae Hannoveranae in regna Britannica succedendi jura respiciet*; eoque fine haec scripta, *ut errore liberemus illos, sive externi sient sive domestici, qui jura haecce vi extorta, aut collata pro arbitrio falsò credunt: cùm reverà ex ipsa Reipublicae legitimâ constitutione & intimo ingenio nata sint; cùmque rem totam, legibus certissimis & exemplis a monarchia condita in hoc usque tempus confirmatam, simus tradituri.*

EPISTOLAE hae (uti jam dictum) brevi omnino in lucem exhibunt; nec obstat DEFENSIO illa, quam

pro me contra quosdam calumniatores (40) *Gallos* propediem concinnaturus sum: lividi etenim isti & malevoli homines (quae eorum est vel superstitiosa incertitia, vel consueta ingenii levitas) me non impietatis modò, sed ipsius insuper Atheismi insimulare non dubitarunt. Itaque post Epistolas has ordine suo prodibit THEOLOGASTER. Hisce autem semel ad umbilicum perductis, tibi, suavissime ARMINI, reliquisque *Batavis* familiaribus valedicens, statim (Deo me incolumem reducente) in *Britanniam* navigo. Libris illic & sapientium virorum gaudens convictu, ac literarum commercio cum exteris amicis quasi coram versans, vere novo *Epso-mianum* meum quotannis rusticaturus petens, sicut ingruente hieme providus *Londini* me recondens, patriae primùm ipsa vitâ chariori, deinde verò mihi ipsimet, pro viribus inservire decrevi.

(41)

(40) Bernardus, Fayus, Ephemer. Paris. aut.

(41) *Stet, quicumque volet, potens  
Aulae culmine lubrico,  
Me dulcis saturet Quies;  
Obscuro positus loco,  
Leni perfruar otio.*

Vale.

(41) Senec. Thyest. act. 2. chor. v. 56.

*Amstelædami, prid. Kal. Septemb.  
An. a. C. n. 1709.*

FINIS.

## Errata sic Corrigenda.

- Pag. 7. ad lin. 9. *debit in margine notari locus* JUVENALIS, Sat. IO. v. 186.
- Pag. 11. lin. 10. re te
- Pag. 82. lin. 3. CNAEUS CNEUS
- Pag. 107. lin. 4. PITCARNI PITCARNII
- Pag. 92. ll. 15, 16. Horum, illorum, *transposita sunt.*
- Pag. 113. non suo loco ante simplicitatem lin. praeced. restitendum est.
- Pag. 118. l. 15. quòd quod  
*Et si quae plura.*

157 - 6



TABLE  
des Titres du Répertoire  
l'Icon l'ordre Algora Otiguit.





005638035

